

Sammelband

Box 104.

3. 3
EPIGRAM-
MATUM PIO-
RUM

Sive

MEDITATIUNCU-
LARUM EX EVANGE-
LIIS ANNIVERSARIIS,
S. S. Patrum dictis,

LIBRI IV.

Authore

GVILIELMO ALAR-
DO P. L. PASTORE
CREMPENSI.

LIPSIÆ, *el 530*

Sumtibus Haredum Henningi Grosii Jun.
Excudebat Johannes-Albertus Minzelius.

Anno M. DC. XXVI.

936.2.8005

EPHRAIM
MATTHEI
P. M.

R. U. M.

200

MEDITATIONES
S. PATRIUM
EX EVANGELIIS
S. PATRIUM DICHTIS

LIBRI IV.

Antiqua

WILHELMO ALAR-
DO P. L. PASTORIS
CREMENSIS

LIPSIÆ

apud H. W. Heringii Grossi Jun.
P. M. Johann. Albertus Minzelius

Anno M. DC. XXVI.





*Generosissimis, Excellentissi-
misq; Juvenibus,*

Dn. GUNDAEO,
Dn. GEORGIO,
Dn. OTTHONI,
Dn. ERICO Rosæcrantziis;

Fratribus; Equitibus Danis:

Magnifici, Perillustrisq; Viri,

Dn. OLIGERI ROSÆCRANTZII,

*Regni Danie Senatoris, Præsidis Ottho-
niensis ac Dallumensis Regii; Academiae So-
rane Directoris; Dn. Hereditarii in Rosen-
holm, Scaby. &c filius,*

Amicis meis observandis:
Salutem & officia.

QUAN-

Quanta, & quàm multa, juvenes Generosissimi, Patris vestri perillustris & Magnifici in me meosq; filios sint merita, si digna velim oratione hinc percensere, vel summa saltem capita perstringendo:

Ante diem sero componat vesper Olympo.

Quod si etiam debitam animi mei, pro tot tantisq; beneficiis, gratitudinem, vel verbis exprimere, vel re ipsa testatam reddere vellem, vires in ipso me deficerent conatu.

Coepi quidem, ne ingratitudeis notam, quo vitio nihil pejus
esti-

æstimo, incurrerem, antehac,
quod pro tenuitate mea potui,
memorem me gratumq; parenti
vestro laudatissimo publicis scri-
ptis qualibuscunq; meis exhibe-
re: sed ingenuè fateor, nequa-
quam me vel Patri vestro, vel
meo etiam animo satisfacisse.

Nunc idem tento versibus his-
ce, quos nomini vestro inscribere,
Et dedicare placuit, ut ita denuò
aliquod grati animi erga Pa-
trem vestrum ederem specimen:
simulq; vestram mihi meisque
conciliarem benevolentiam. Ni-
hil enim in votis æquè habeo,
quàm ut parentis ista vestri ma-
gnifi-

gnifici in vobis etiam, liberis
ejus generosissimis erga me
meosq; sit hereditaria bene-
volentia.

Quod si libellos hosce, quo-
rum singulos vobis singulis,
imò unicuiq; vestrum omnes
dedicare & offerre volui, ani-
mo prompto ac lubenti acci-
pere mihiq; favere volueri-
tis, pergratum mihi feceritis.
Valete juvenes mei Genero-
sissimi, cum Parentibus ve-
stris florentissimis, totaq; Ro-
sacrantiorum familia anti-
quissi-

quissima, quam felicissime.
Dabam Crempis Regiis Hol-
satorum. Ipso die S. Bernhar-
di, Anno 1626.

G.G.G.G. V.V.V.V.

Studiofissimus

VWilhelmus Alardus
P. L. Pauc.

a 4

Ad Au-



Ad Authorem.

P Astorum fama es, vis & fama
 esse Poëta-
 rum? Esto Poëtarum grandis,
 me iudice, fama:
 Sic te nempe uehit Ala ardua ad
 æthera celsum.

Cunradus Bavarus
 Poët. Prof.

E P I



EPIGRAMMATUM

PIORUM

LIBER I.

I.

Domin. 1. Advent. Matth. 21.

*Desolata jacent Solymarum mania, Iesu,
 Quondam asina placuit quò properare tibi.
 Pro Solymis tibi sunt nunc templa parata piorum
 Pectora; qua subeas Rex, ut in his habites.
 Hac inter cor, Christe, meum patet; hoc, precor, intres,
 Et facias, ut idem sit tibi grata domus;
 Qua maneas, habitesq; domoq; gratissimus hospes,
 Quam nec in aeternum deseruisse velis.*

2.

Eadem Dominica.

*Rex asina Christus vehitur, pulloq; Caballo
 Romana vehitur praesul in urbe Papa.
 Portaturve humeris horum, quos purpura vestit:
 Et qui de templi cardine nomen habent,
 Ut Deus in terris. Christine vicarius hic est?
 Nonne Antichristi nomen & omen habet?*

a 5

Adhuc

3.

Adhuc eadem Dominica.

Hospitium Solyma tibi, Christe, dedere diebus
 Non multis, quoniam te populere foras,
 Contemptum & casum. Jesu, da semper, in orbe
 Dum mihi vita datur, dem tibi ut hospitium.
 Quin quoque da, quando hac jubeor discedere vita,
 Sim tibi ut hospitium, sis mihi ut hospitium.

4.

Eadem Dominica.

Christus adit Solymam pulloque a Sinaque; Propbeta
 Sic quia veridicus vaticinatus erat,
 Sed Sionis ut hac regem ratione probaret,
 Qui datus Isaacidis Iapetoque satis.

5.

Domin. 2. Advent. Luc. 21.

Quae reprobos terrent suprema signa diei,
 Adflictis prestant gaudia vera piis.
 Namque probant ea signa, Redemptio nostra quod ad-
 sit;
 Quae fuget omne malum, conferat omne bonum.

6.

Eadem Dominica.

Lumina cur homo figis humi? quin suscipe caelum;
 Ante fores lux est, qua redimare, propè.

Adhuc

7.

Adhuc eadem Dominica.

Christe, redi; tua sponsa malis adflicta tot; inter
 Mille gemens lachrymas, Christe, redi ingeminat.
 Ergo redi, ut mala nostra leves; & ad aethera trans-
 Post mala ut haec nobis des ibi vera bona. (ser,

8.

Adhuc eadem Dominica.

Exspectas vigili lucem qui corde supremam,
 Sis pius, & fuge cum crapula avaritiam.
 Namq; haec corda gravant, ne possint tendere sursum,
 Prona sed in Barathrum precipitata ruant.

9.

Domin. 3. Advent. Matth. II.

Christe, probant tua, quod sis verus signa Redemptor,
 Venturum vates quem cecinere pii.
 Lepra fugit, cecus videt, audit surdus, & aeger aegrotans
 Poplitibus currit, mortuus erigilat.
 Atq; Evangelii vox tristia peccata mulcet,
 Esse Redemptorem te satis ista probant.
 Deroget hisce fidem quamvis delirus Apella,
 Te tamen agnoscit quilibet inde pius.
 Quem quoc; tu morbo medicus curabis ab omni,
 Et verbi in medicina morbo levabis ope.

10.

Eadem Dominica.

Cecus ego, claudus, leprosus, surdus, lesit,
 Ex animusq; oculos sum miser ante tuos.

3 6.

Tu ser

*Tu fer opem, medicaq; manu mala pelle salutem
 Confer, cam præter te dare nemo potest.
 Sic aures, oculiq; tuo, sic cætera, Iesu,
 Organa semper erunt dedita servitio.*

11.

Eadem Dominica.

*Ne sis, qua ventis hinc inde movetur, arundo,
 Sed perstes solida firma columna fide.*

12.

Domin. 4. Advent. Johan. I.

*Recta doce, nullumq; time; Baptista Johannes
 Intrepidum exemplo te monet esse suo.*

13.

Ead. Domin. ex verb. Epiphan.

*Nostra viam Christo vox preparat, ipse paratas
 Ingreditur, fidum pectus adusq; , vias.
 Ergo frui Christo quisquis cupis hospite, verbo
 Attende, hoc ipsi quando paratur iter.*

14.

Adhuc eadem Dominica.

*Sumere cum Christi Baptista negarit honorem,
 Cur rapere hunc tibi non, stulte Papista, times?
 Nam meritis quoties - adscribis - cunq; salutem
 Humanis, CHRISTUM teq; aliosq; facis.*

Die

15.

Die Nativitatis Christi.

Nostra Deus caro fit, similisq; per omnia nobis;

Sic tamen ut verus sit, maneatq; Deus.

Est de Patre Deo Deus, est de matre homo, nostra

Hoc quia poscebat nempe salutis opus.

Carne pati atq; mori quò possit, homo fit, & idem est,

PRO NOBIS mortem ut possit obire, Deus.

Solius hanc hominis erat hoc persolvere lytron,

Carne nisi id sumpta solveret IPSE DEUS.

Ergò necesse fuit puerum hunc hominem esse, Deumq;

Per quem debebat lapsa redire salus.

16.

Eodem die, ad Jesum.

Nascere, sancte puer, tua nam Natalia portant

Gaudia, que nullo sunt peritura die.

Nascere, sancte puer, tua nam Natalia prastant

Que toties votis expetiére Patres.

Nascere, sancte puer, tua nam Natalia mundo

Promissum Isacidis semen adesse probant.

Nascere, sancte puer, tua nam Natalia natum

Solamen miseris gentibus esse docent.

Nascere, sancte puer, tua nam Natalia tecum

Esse docent nobis omnia nata bona.

Nascere, sancte puer, tua nam Natalia nostri

Natalis maculas, & mala cuncta fugant.

Nascere, sancte puer, tua nam Natalia nobis

Natalem in cæli culmine conciliant.

6 7

Nasce-

Nascere, sancte puer, tua nam Natalia nobis,
 Clausa prius referant atria celsa poli.

Nascere, sancte puer, tua nam Natalia jungunt,
 Et cælum & terram fœdere utring, novo.

Nascere, sancte puer, tua nam Natalia lucis
 Amissa revehunt cœlico ab axe jubar.

Nascere, sancte puer, tua nam Natalia Patrum
 Te iratum nobis conciliâsse probant.

Nascere, sancte puer, tua nam Natalia spondent
 Facturum legis te satis esse minis.

Nascere, sancte puer, tua nam Natalia Mortis
 Jura abigunt, vitam restituent q̄ reis.

Nascere, sancte puer, tua nam Natalia regem
 Te esse docent, Orcum qui Satanamq̄ domet.

Nascere, sancte puer, tua nam Natalia homullis
 Amissa instaurant dulce salutis opus.

Nascere, sancte puer, tua nam Natalia Pacem
 Restituant, lapsus quam temerârat Ada.

Nascere, sancte puer, tua nam Natalia natum
 Esse doceat Medicum, qui levet omne malum.

Nascere, sancte puer, tua nam Natalia surdis
 Auditum, cecis lumina restituant.

Nascere, sancte puer, tua nam Natalia monstrant
 Pastorem, imbelles qui tueatur oves.

Nascere, sancte puer, tua nam Natalia massis
 Restituant vera júbila latitiae.

Nascere, sancte puer, nostroq̄, renascere corde,
 Detur ut his tantis participare bonis.

Nasce.

*Nascere, sancte puer, nostrog, renascere corde
Quotidie, donec nos super astra vehas.*

17.

**Adhuc eod. die. Rubus Mosis,
Exod. 3.**

*Uritur igne Rubus, sed non comburitur igne;
Si cum Mose, Rubus quid notet iste, rogas?
Virgo pudica, Dei genitrix, Hominemq, Deumq,
In lucens illaesa virginitate parit.*

18.

Adhuc. Ex verb. S. Bernardi.

*Sunt hominum supra captum tria mirima mira:
Et simul Angelicis mirima mira choris.
Quod sit Homo Deus, & quod virgo puerpera;
virgo
In partu simul, & post, velut ante manet.
Et quod credit homo miracula tanta fidelis:
Nec dubitat miris quod stet in hisce salus.*

19.

Adhuc eod. die. Pastores, Luc. 2.

*Pastores Bethlam properant miracula visum,
Cognita que dederat cælicus hisce chorus.
Matris ubi gremio puerum videre cubantem,
Qui fuit, ante polos cunctaq, seclæ, Deus.
Tu quoq, si pueri cunas vis visere Jesu,
Tecta tibi Bethles sunt adeunda sacra.*

Tem-

Templa, quibus verbi, puto, vox sonat enthea Jova :
His Jesum cunis quare, & eam invenies.

20.

Dominica post Natalem Christi,
Luc. 2.

Mira canit Simeon de Christo, matremq; Christi :
Eventu qua sunt post stabilita suo.
Nam Christus scopuli fuit instar, surgere per quem,
Qui voluit, potuit, qui renuit cecidit.
Quin etiam pectus matris pertransiit ensis,
Ante oculos natum vidit ut ipsa mori.
Ergo fide in Christo possis ut surgere Petra
Nitere; ne fias causa tibi ipse necis.
Siq; tuum penetret gladii penetratio pectus,
Perfer, & in Christi quare levamen ope.

21.

Pridiè Calend. Januar.

Claudere det nobis Deus hunc feliciter annum,
Ordiniqu; novum, prosperitate pari.
Hoc precor, hoc voveo Deus hac mea vota secundet :
Sapè dedit nostras qui valuisse preces.

22.

Festo Circumcisionis, Luc. 2.

Bina dedit nobis STRENNARUM munera Christi,
Qua pretio superant, quicquid hic orbis habet.
Nempe sui guttas pretiosi SANGVINIS, atq;
NOMEN, atq; aetherio quod sit i Patre datum :

Cum

Cum Jesu nomen, quod nos à crimine salvet,
 Accepit; quo nil dulcius esse potest.

Has largire mihi, Jesu mitissime, Strennas:
 Et nihili faciam totius orbis opes.

23.

Eodem die. De nominis J E S U
 dulcedine.

India, quæ mittit, sunt dulcia Sacchara fauci:

Dulce Mel est flavi pura medulla favi.

Melle fit atq; mero dulcissima mixtio Mulsum;

Isacidis Mannâ nil magè dulce fuit.

Dulce Lac est natis sugentibus ubera matris;

Dulcedo Ambrosiæ est grata putata Diis.

Dulcius est nomen J E S U. sint dulcia quamvis

Sacchara, Mel, Mulsum, Manna, Lac, Am-
 brosia.

24.

De nomine J E S U aliter.

Auribus acceptum dat garrula Tibia cantum,

Et promunt gratum tinnula Sistra sonum.

Tacta Chelys digitis curarum est dulce levamen.

Grandifono clangit Buccina clara tono.

Et juvat agresti modulatum carmen Avena,

Nec minùs afficiunt fila sonora Lyra.

Afficit at nomen J E S U magis, afficiunt quàm

Tibia, Sistra, Chelys, Buccina, Avena, Lyra.

Adhuc

25.

Adhuc de nomine JESU.

Grata tholos cerebri simul & cor Cinnama mulcent
 Fatorem pellit Thuris acerris gravem.
 Spirantiq; Crocus reficit praecordia odore,
 Lilia formosi floris honore placent.
 Celtica Spica etiam varios adhibetur ad usus,
 Et veris decus est flere & odore Rosa.
 Nomen olet Jesu melius, quam cetera; cetera sunt
 Cinnama, Thura, Crocus, Lilia, Spica, Rosa.

26.

Adhuc de nomine Jesu.

In pretio summis hoc tempore Nummus, & imis;
 In pretio est, sacra qui sacrore reddit Ager.
 In pretio est partum sine caede & sanguine Regnum,
 In pretio Eois Gemma reperta vadis.
 In pretio ex auro est gemmis distincta Corona,
 In pretio est varia merce repleta Ratis.
 Sed nomen Jesu multo pretiosius est, quam (Ratis,
 Nummus, Ager, Regnum, Gemma, Corona,

27.

Ad Jesum.

O mihi sis Jesus, Jesu mitissime, Jesus
 Nam nisi tu mihi sis, quomodo salvus ero?

28.

Christus in stabulo.

Nascenti Bethla cives tibi, Christe, negarunt
 Hospitium, in stabulo vixit, aedere locum.

Sic ho-

Sic hodiè quoq; sit. Pauci te nempe receptum
 Hospitio gaudent cordis habere sui.
 Antè aliis siquidem stulti sua corda locarunt
 Hospitibus; præ te quos reverenter habent.
 Hic Venus & Veneris soboles in pectore, Mammone
 Illic hospitium Plutoq; dives habent.
 Mars alibi & Bacchus dominantur; Fastus ubiq;
 Jungitur his, Levitas, Impietasq; simul.
 His quoniam hospitibus replentur pectora ubiq;
 Heu, superesse locus vix tibi, Christe, potest;
 Ejecti nisi sint isti. Mitissime Jesu,
 Pectoris hospitium ne fuge, quaeso, mei.
 Namq; tibi patet id salvi; procul inde fugati
 Sunt alii, quotquot stultus hic orbis amat.
 Intus & est nemo, nisi Amor, Spes alma, Fidesq;
 Servitio, Jesu, dedita triga tuo.
 Hacce fores pandit, cunas tibi preparat ista:
 Ille, parata velis lectu subire, & gremio.
 Ergò ades, adventum neq; differ: Gratiior hospes
 Te mihi nemo fuit, te mihi nullus erit.

29.

Præsepe Christi.

Ut mecum mancas, habitesq; perenniter hospes,
 Sit præsepe tuum cor, pie Christe, meum.
 Ut tecum possim vivens moriensq; morari,
 Sit præsepe tuum cor, pie Christe, meum.
 Ut te fervide amem, & soli placuisse laborem,
 Sit præsepe tuum cor, pie Christe, meum.

Ut ser.

Ut servire tibi, soli tibi vivere nitar,
 Sit prae sepe tuum cor, pie Christe, meum.
 Ut tibi grata loquar, faciam tibi grata, canamq;
 Sit prae sepe tuum cor, pie Christe, meum.
 Ut de te later, de te mihi gratuler uno,
 Sit prae sepe tuum cor, pie Christe, meum.
 Ut nunquam amittam te, à te nec deserar unquam,
 Sit prae sepe tuum cor, pie Christe, meum.
 Ut maneat in me, maneamq; ego jugiter in te,
 Sit prae sepe tuum cor, pie Christe, meum.
 Ut mihi sis misero rebus solamen in arctis;
 Sit prae sepe tuum cor, pie Christe, meum.
 Articulo ut tandem recrees me mortis in ipso;
 Sit prae sepe tuum cor, pie Christe, meum.
 Deniq; in aeternum ut te vivam & later in uno;
 Sit penetrabile meum cor, pie Christe, tuum.

30.

JESUS IUPER OMNIA AMANDUS.

Si quis amat Jesum, solum super omnia Iesum
 Diligat; hunc praeter nec quid amare velit.
 Nam qui praeter Jesu quid, vel quid praeter Jesum
 Diligit, est Jesu dignus amore minus.
 Si mundum, si carnis opus quis diligit, aurum
 Si quis amat; verè Jesum is amare nequit.
 Omnia linque lubens, atq; unum dilige Jesum;
 In solo Jesu cuncta ita dives habes.
 Da mihi te, Jesu, super omnia diligam ut unum,
 Et praeter te toto diligam in orbe nihil.

Omnia

*Omnia habebō in te sic, si licet omnium egenus :
Sic in te sanus, si licet ager, ero.*

31.

Dom. post Circumcis. Matth. 2.

*Exsulis exilium levet exsul Christus : an exsul
Esse neget servus, si fuit exsul herus ?*

32.

Eadem Dominica.

*Herodes Christo insidias molitur, eumq;
Occulta è medio tollere fraude parat.
Dormit Iosephus, dormit puer, almaq; mater,
Ignorantq; hostis quid meditetur atrox.
Sed vigilat Deus, & vafri secreta Tyranni
Omnia nota sibi consilia esse probat.
Mandat Iosephe siquidem, cum virgine matre,
Et puero, hostiles vitet ut insidias.*

33.

Adhuc eadem Dominica.

*Herodes furit atq; perit, dum tollere Christum
Nititur. Hoc Christus sed pereunte manet :
In patriamq; redit ; Stygia ad freta quando Tyrannus
Mergitur. I Christi in membra fure, atq; peri.*

34.

Festo Epiphaniarum, Matth. 2.

*Iâpeti de gente Magi sua munera Christo
Aurum, Thus, Myrrham dant, Orientis opes.*

T₁₆

Tu quoq; qui quæris Regem hunc, offerre memento
Huic tria devoti munera cordis opes.

Purum Aurum fidei, pia vota ut Thuris odores,
Proq; tuis Myrrham criminibus lachrymas.

35.

Eodem festo Epiphan.

Primitia gentilis agri gens Persica, Iesu,
Ad te per longas itq; reditq; vias.

Has post primitias quoq; messis opima secuta est,
Secta ubi Apostolici est falce ministerii.

Merges adhuc gentilis agris se plurimus offert,
Christe, tibi; ad summumq; offeret usq; diem.

36.

Adhuc eod. Festo.

Sunt propè Judæi, Gentiles sunt procul; illi
Nil Christum curant, hi venerantur eum.

Hinc propè qui fuerant Judæi, sunt procul, atq;
Gentiles facti jam propè, qui antè procul.

Tu quoq; qui Christo es propè nunc, ne negliges Christum,
Ne, qui nunc procul est, sit propè, tuq; procul.

37.

Domin. 1. post Epiphan. Luc. 2.

Josephus, Jesusq; puer, cum virgine matre,
Contendunt Solymas ad sacra, tota domus.

Exemplo ut discant Pater hoc, materq; quod horum
Debeat alteruter non modo adire sacra:

Sed secum in templum sobolem quoq; ducere charam,
Sistat ut ante Deum sese ita tota domus.

Sic

*Sic benedicere vult proli, matriq; patriq;
Hosce Deus sua qui iussit adire sacra.*

38.

Eadem Dominica.

*Dum tener est Jesus, Solymas adit, atq; docentes
Inter agit; quorum pendet ab ore puer.
Sic decet à teneris virtuti adfvescere, honesta
Et disciplina subdere colla iugo.
Cum primis audire senes, sacra iura professos,
Instillant rudibus qui pietatem animis.
Dum mollis cera est, variis est usibus apta,
Et fingi in formas quaslibet arte potest.
Ad bona sic puer est primis quoq; flexilis annis,
Frustrà at eum sat agis flectere quando senet.*

39.

Adhuc ead. Domin.

*Crevisti qui, Christe puer, Sapientia 6 annis,
Crescat ad exemplum, quaso, juventa tuum.
Hac, id ad exemplum quoq; nos crescamus adulti:
Perfectos donec caelica in arce bees.*

40.

Domin. 2. post Epiph. Joh. 2.

*Miscetur Cana sponfis tria pocula, primum
Gaudii, ubi dulces nuptiae habentur, adest.
Alterum amaritiei, ubi vinum deficit, atq;
Ad matris Christus non citò vora iuvat.
Deniq; letitiae Christus quoq; pocula propinat,
Dum lympham mutat nobilioris mero.*

HAC

Hæc tria adhuc sponsis miscet sua pocula Christus,
 Nec dat conjugibus mel sine felle merum:
 Sed benè habet. Lætis te miscet amara, vicissim
 Sic dulci tandem mutat amara mero.

41.

Adhuc eadem Dominica.

Te, Jesu, sponsus thalami ad pia pacta vocavi:
 Ut tædis velles hospes adesse meis
 Te quoq; quotidie nunc invoco, Christe, maritus:
 Ut pergas thalamo semper adesse meo.
 Deficiente mero, possis ut vertere limpham
 Tristitia, in vinum nobile lætitia.

42.

Eadem Dominica.

Sapius hora nimis tua, Jesu, tarda videtur,
 Nempe tuam differs sicubi durus opem.
 Sed tua tarda nimis licet hora sit, illa vicissim
 Quando venit, sistit se mihi grata nimis.

43.

Adhuc ead. Dominica.

Jupiter Ausonius thalami pia fœdera damnat,
 Torum orbem in æchis hinc spurisq; replet.
 Seq; simul Satana genuinum prodit alumnum,
 Dum culpât sancti fœdera casta tori.
 Quis Christo sanctus magis est? quis virgine matre
 Castior? Et thalami hæc fœdus Et iste probat:

Quis

*Quis Papa impurius magis est? quis demone peior?
Legitimi factent queis sacra jura tori?*

44.

Domin. 3. Epiphan. Matth. 8.

*Ipsa facit pro se pia vota precesq; leprosus;
Pro servo miles vota precesq; facit.*

*Utraq; vota audit Christus. Docearis ut hinc, quod
Pro te proq; aliis audiat ipse preces.*

*Ha fuerint humili modo corde fideq; profecta,
Quas nunquam in ventos Christus abire sinit.*

45.

Adhuc eadem Dominica.

*Discere vis fidei, que vis sit, quantaq; virtus,
Edita te Christi id signa docere queunt.*

*Ipsa fidem siquidem respexit semper eorum,
Auxilium precibus qui petiere suum.*

46.

Eadem Dominica.

*Si quavis medicum Verbo, qui pellere morbos
Novit, et est cunctis ferre paratus opem?*

*Seu sint Hebraei, seu sint ab origine gentes;
Christus is est, hujus quere fidelis opem.*

*Centurio facit ut, facit ut leprosus, uterq;
Hujus habet medici, quod petit auxilium.*

47.

Domin. 4. post Epiph. Matth. 8.

b

Ventus

Ventus & unda furunt: vastis ratis obruta CHRI
 S T I E S T

Fluctibus: is dormit, discipuliq; tremunt.
 At Christus somno excitus clamore suorum,
 Surgit, & ut sileant ventus & unda jubet.

48

Ead. Dominica.

Ecce iterum, ecce iterum tempestas imminet atra,
 Christe, tuamq; feru serua procella ratem.
 Mergitur innumeris hac obruta fluctibus; inde
 Hæretici hanc tundunt, inde Tyrannus atrox.
 Tu nisi opem acceleres, actum est; quid, Christe, mor-
 varis?

Quid dormis? ratis est non tibi cura tue?
 Surge, age surge; ratem serua, compeſce furorem
 Nimborum, & ventis injice frena feris?
 Frange Tyrannorum rabiem, rabiem Hæreticorum
 Frange; minas Stygii frange, dolosq; lupi.
 Ut sic grata quies, pax almaq; reddita navem
 Provohat in portum, Christe patrone, tuam.

49.

Adhuc ead. Domin. Ad Christum.

Cymba tua in mundo variis est fluctibus acta;
 Nunc etiam variis fluctibus hac agitur;
 Submergiq; timet. Tollunt ad sidera palmas
 Clamore ingenti, quos tua Cymba vehit.
 At tu, Christe, taces; dormire videris, & omnem
 Navicula curam deposuisse tua.

Ewigi-

Evigila atq; preces gemitusq; admittite tuorum,
 Elacera, fundunt quos, sine fine, rate.
 Surge, minas Boreæ compesce furentis, ut undæ
 Subsistant Placidum sac mare, siste Notos.
 Ut ratis in portum vento dare vela secundo,
 Et posito possit te celebrare metu.

50.

Domin. 5. post Epiph. Matth. 13.

Seminis ut puri serit optima grana Redemptor;
 Sic noctu Satanas dira venena serit. (cum
 Pura in agro Domini hinc non surgunt germina tan-
 Sed mala mixta bonis, & bona mixta malis.
 Hac tolerare decet mala; non evellere, summa
 Evellat Christus donec ea ipse die.
 Messores quando Angelici zizania mergent
 Inferni Barathro, Triticum ad astra vehent.

51.

Eadem Dominica.

Optima, Christe, tui committis semina verbi
 Cordis agro: lolium pestiferum unde venit?
 Hostis an id sevit Stygius, qui noxia gaudet,
 Cum dormitur, agro spargere grana tuo?
 Sic est. Da, precor, huic vigilando, Christe, resistam,
 Semina corrumpat ne tua, corde meo.
 Cumq; meum vigilare nihil sit, tu nisi pro me
 In somnis partes excubitoris agas:
 Nocte dieq; mei curam gere providus, omnis
 Sic Stygii frustra techna Satoris eris.

b a

Adhuc

52.

Adhuc ead. Domin. ad Jesum.

Corde meo fere grana tui, Sator optime, verbi:
Et, Draco ne serat hoc dira venena, veta.

53.

Domin. Septuages. Matth. 10.

Quanta Deo nosira sit cura salutis, abunde
Vinea nos Domini sancta docere potest.

Namq; operas in eam conducit qualibet hora;
Sole novo, & sero vespere ubiq; Deus:

Pro pactâ mercede: simulq; objurgat inertes,
Otia qui captant desidiosa foro.

Postremos aequat primis quoq; premia solvens;
Nostra salus cordi quod patet inde, Deo.

54.

Eadem Dominica.

Merecedem primus capit & postremus eandem:
Nostra proinde salus gratia non meritum est.

55.

Adhuc ead. Dominica.

Quid, Judae, tumes, meritum jaetando genusq;
Quæis te pralatum gentibus esse putas?

Ex primis fiunt postremi, iudice Christo,

Primi ex postremis. Res quod & ipsa probat.

Primus eras, Judae, erat Ethnicus ultimus; es nunc

Ultimus: est primus Ethnicus ante Deum.

Nempe

Nempe fide Christum complectitur Ethnicus, & tunc
Temnis eum; ista tui est unica causa mali.

56.

Adhuc.

In regno qui nos voluisti reddere primos,
Christe, tuo: tales porro fac esse, precor.

57.

Dominica Sexagesima, Luc. 8.

Semen idem, quod quadruplici committitur arvo,
Fert uno fructus, & perit in reliquis.

Qua sit causa, rogas? Non seminis illa sed arvi est,
Et Satana, ac veprium culpa, simulq; Petra.

Nam sparsum Satanas semen de pectore tollit,
Spina premit, succos arida Petra negat.

Semen idem sic quadruplici committitur arvo:
Tantum uno fructus fert, perit in reliquis.

58.

Eadem Dominica.

Non infecit agros terra modo lapsus Adami,
Humani infecit sed quoq; cordis agrum,

Sic, ut utrinq; ferant steriles nil prater avenas,
Sentescq; & tribulos, veprium & omne genus.

Has inter pestes, cordis qua provenit arvo,
Pejor ea est, reliquis qua generatur agris.

Namq; hac terrena fert tantum incommoda vita;
Illa sed aeterna damna salutis alit.

b 3

Divi-

Divini siquidem suffocat semina verbi,
 Nec sinit ad messem hanc posse venire probam.
 Exstirpet nisi eam Christus; donetq; ut epimo
 Proveniant fructu semina cordis agro.
 Ergo meo sentes evelle è pectore, Jesu,
 Semini ager queat ut commodus esse tuo.

59.

Adhuc ad Jesum Christum.

Cordis ager da, Christe mei tibi centupla reddat
 Fœnora: vel si non centupla, dei decupla.
 Ne modo sis sterilis; neq; petricus. Et instar
 Callis duræ, aut sentibus hirtus ager.

60.

Domin. Quinquages. Luc. 18.

Qui caco visum voluisti reddere, Jesu,
 Jura necis rigida cum subiturus eras:
 Illustra nostram vero quoq; lumine mentem,
 Atq; procui tenebras pectoris esse jube:
 Noscere te, Patremq; tuum cum Flamine sancto,
 In speculo verbi detur ut hicce tui:
 In cxlo facie ad faciem vos cernere donec,
 Obtutu nunquam deficiente, datur.

61.

Eadem Dominica.

Que patienda sibi Solymis prædicit Iesus
 Discipulis; quorum nemo ea dicta capit.
 De regno Christi terreno somnia nempe
 Quisq; sibi humano sinxerat arbitrio.

Sunt

Sunt igitur caci magè quàm qui lumine captus,
Expeliit Christi prateruntis opem.

62.

Adhuc eadem Dominica.

Christe, quot, hei! passim cæcè sunt cordis osellis,
Plus aliis qui se cernere posse putant.
Quos fecit cecos sic multo errore Satânes:
Nil valet ut mediâ Talpa videre die.
Namq; tui micet his quamvis lux candida verbi:
Luce tamen grata his nox tenebrofa magè est.
Quin lucem q; verbi pellunt, tenebrasq; reducunt;
Exemplo velut est Itala Persephone;
Et reges terra; cecos quos reddidit illa,
Quos dementavit potido ada' veri.
His, rogo, Christe, velis amissum reddere visum,
Et verbi luce hos irradiare tui.
In tenebris caci ne pergant; indeq; tandem
Semet in aternas precipitent tenebras.

63.

Ead. Dominica. Ex textu Epistolico,

1. Corinth. 13.

Sunt tria præcipuè, Dilectio, Spesq; Fidesq;:
Qua decorant auro plus Dibaphoq; pios.
Sed tamen hac inter tria habet Dilectio primas:
Namq; ea; cum cessant Spesq; Fidesq; manet.

64.

Adhuc eadem Domin. de Baptismo
Christi, Matth. 3.

b 4

Not

32 **EPIGRAMM. PIORUM**

*Non sibi sed nobis Christus Jordane lavatur:
Abluat ut nostrum lotus ita omne nefas.
Atq; simul sanctam Baptismi reddat ut undam,
Criminis ut maculas tollere & illa queat.*

65.

Adhuc ad Jesum.

*Qui pro me es lotus, Jesu, baptisate, mundus
Ut fierem immundo semine natus ego.
Qui me etiam sacri lavisti fluminis unda,
Mundities tua sic posses ut esse mea:
Te rogo, da semper memor hujus mundities,
Omni immunditiem criminis ut fugiam.*

66.

Dominica Invocavit, Matth. 10.

*Irrequietus obit Satanas nos more Leonis:
Sit q; licet pulsus terq; quaterq; redit.
Exemplo Christi patet id; qui saepe Leonem
Hunc pepulit, rediit non tamen ipse minus.
Securus ne sis igitur, sed ubiq; paratus,
Verbo infernalis pellere tela lupi.*

67.

Eadem Dominica.

*Si telis Satana vis tela retundere, verbi
Tela cape, & recte his utere, victor eris.*

68.

Adhuc.

Sunt

Sunt Satana tria tela Fames & Fastus, & orbis
 Regna, quibus multis callidus hostis obest.
 Unius hac verbi telo tria vincere tela
 Possumus, & Stygii vim superare lupi.

69.

Adhuc. Ad Jesum.

Qui victor Stygii fregisti tela Draconis,
 Da simili evadam victor agone, precor.

70.

Domin. Reminiscere, Matth. 15.

Ignis crucis purgat & fides Cananitidis, omne
 Quod cupit, à Christo, hoc & potiora, capit.
 A Satana ut fieret sua filia libera tantum
 Expetiit; tantum id nec tamen obtinuit.
 Sed simul & fidei salvantis dona, nec illa
 In minimo; in summo cepit ea aucta gradit.
 Disce igitur, si quid petis, ut potiùs petito;
 A Christo id poscas non dubitante fide.
 Sic dabit is non id modo, quod petis, addet & ultra,
 Quae nôrit magè, quàm quae petis, utilia.

71.

Eadem Dominica.

Fert semel atq; iterum Cananéis maesta repulsam,
 Non tamen inde tacet, sed rogat ulterius:
 Auxilium donec fidei vi extorquet Iesu;
 In victi victrix facta animosa Dei.

Da

*Da quoq; sic, Jesu, non cessem fundere vota;
Ante leves dextra quam mala nostra tua.*

72

Adhuc ead. Domin.

*Sit Deus invictus quamvis: hunc vincere possunt
Vota tamen, firmâ sepè iterata fide,*

73.

Dominica Oculi, Luc. II.

*Quæris, homo, tibi sit quisnam insensissimus hostis?
Hoc Evangelium perleg, risus eris.*

*Quæris, homo, contra, tibi quis sit summus amicus?
Hoc Evangelium perlege, letus eris.*

*Hostis is est Satanas; & amicus Christus; amicus
Qui multò est (gaude) fortior hoste tuo.*

*Hunc siquidem pessum digiti dedit unius ictu:
Eg; arce armatum jussit a'ire suâ.*

74.

Eadem Dominica.

*Obsideat Satanas non omnia corpora quamvis,
Multorum mentes obsidet ille tamen.*

*Quos reddit cecos, quos mutos reddit; Apella
Quod docet exemplo satq; superq; suo.*

75.

Adhuc ead. Dominica.

Omnia si vastat discordia regna, videto

Hanc pestem fugias angve lupoq; magis.

Nam si tota potest discordia vertere regna;

Anne tuam hanc dubitas vertere posse domum?

Adhuc.

76.

Adhuc.

Omnipotentis heri qui verba fideliter audit,
Inq; bono servat corde, beatus erit.

77.

Adhuc ead. Dominica.

Liberat obsessum Christus, blasphemat apella:
Plebs admiratur; fœmina laudat opus.

78.

Adhuc.

Cùm benefecisti Judæi, Christe Redemptor,
Gratia rara tibi, sæpeq; nulla fuit.
Fac benè, Christe, mihi: ceu fecisti hætenus, inde
Gratia multa tibi, gloria semper erit.

79.

Adhuc.

Qui Satanâ es factus, Christo duce liber ab hoste,
Ne te iterum vafra subjuget arte vide.
Irrequietus enim loca quæq; pererrat, ut intret
Quam, Christi jussu, liquerat antè, domum.
Ergò cave; solitus quia septuplus ille reverti:
Ne fiat pejus, quod fuit antè malum.

80.

Dominica Lætare, Johan 6.

Panes quinq; hominum quinque sunt millibus esca;
Quos Christus verto paverat antè suo.
Miratur populus, Christo offert regis honorem,
Oblatum Regis respuit ipse decus.

b 6

Eadem

81.

Ead. Dominica.

Quinq; cibat Christus numerosum panibus agmen:
Sint ut & appositis fragmina plura super.
Dat, quia non quantum complexa est dextera tan-
tūm,

Sed quantum dare vult, sufficiatq; dari.
Ut docere, fames te quando & tristior annus
Urget, in his Christi ponere spem manibus.
Nam licet ante tuos minor est proventus ocellos,
E Christi hunc sumas si manibus; satis est.

82.

Adhuc. Ex verbis B. Lutheri.

Ut puer adportat panes, piscesq; , cibantur
Queis Christi è manibus millia quinq; virum.
Sic etiam pueros fruimur nos propter adulti
Omnibus, in vita, numine dante, bonis.
Ergò tibi soboles si sit quoq; pluscula, multi
Nec saperent reditus, hanc alere unde queas,
Fide Deo, cum prole tua, neq; fundere vota
Sis segnis, pascet teq; tuosq; Deus.

83.

Ead. Dominica. Ex verbis B.
Chrysofomi.

The-

Theſaurus cœli eſt manus paupe-
ris : Da pauperi terram, ut accipias cœ-
lum; da nummum, ut accipias re-
gnum; da micam, ut acci-
pias totum, &c.

Pauperis eſt cœli theſaurus dextera; terram

Da miſero cœlum ruruſus ut accipias.

Da nummum, accipias ut regnum: porrige micam:

Ut capias totum! Nonne ea lucra probas?

84.

Dominica Judica, Joh. 8.

Scommatibus primùm, dein ſaxis pugnat Apella:

Sic eſt ſcintillis ſurgere flamma ſolet.

85.

Eadem Dominica.

Quam mundus tribuat mercedem vera docenti,

Judæi exemplo ſat docuere ſuo.

Chriſtus vera docet, reſerunt convitia Apella,

Doctoremq; parant vi lapidare ſuum.

Non aliam tibi mercedem promitte, docere

Si verum, arguere eſt turpia facta cupis.

86.

Adhuc. Ead. Dominica.

Accuſaſſe, reum poſſet ſi reddere quemquam,

Orbe quis in toto tum foret innocuus?

b z

Crimi-

*Criminis ergò cave te quis convincere possit,
Accusere licet, non eris inde reus.*

87.

Adhuc eadem Dominica.

*Si Dei is est, qui verba Dei capit aure fidei,
Et qui verba Dei negligit, est Satana?
Paucos esse Deo qui sint, patet inde, dicati:
Et quod sit Stygii maxima turba lupi.
Verba Dei cura tibi si minùs ergò fuere
Hactenus, absq; omni mox resipisce mora.
Et posthac ostende, nihil tibi carius esse
Hoc verbo; ut possis filius esse Dei.*

88.

Adhuc ead. Dominica.

*Antidotum contra quis mortis amara requirit?
In Christi verbo hoc invenit antidotum.
Nam quisquis verbum id servat; Non spicula
Mortis
Horret, sed medio in funere vivit homo.
Num celebrata ea ut est, quoque sic medicina proba-
ta est,
Inquis? Qui jurat Christus id ipse probat.*

89.

Adhuc ead. Dominica.

*Thariaden Christo censes, Judae, priorem;
An pote qui satus est esse Satore prior?*

90.

Dominica Palmarum, Matth. 21.

Eja

*Eja Sion, latare, tuus rex advenit, omne
Auxilium secum justitiamq; vehens.*

91.

Eadem Dominica.

*Cum Palmis Hosanna tibi, rex Christe, canebas,
Qui Solymas populus te est comitatus ovans.
Fac tibi cum palmis Hosanna canamus ovantes,
Cordis adhuc nostri cum penetrare subis.*

92.

Adhuc ead. Dominica.

*Palma tibi Solymas, Jesu, praefertur eunti,
Subjiciturq; tuis palma virens pedibus.
Palma decet reges, palma est celebrata triumphis:
Victori merces florida Palma datur.
Palma licet premitur, non supprimitur sed in altum
Nititur, & contra vivida surgit onus.
Tu Rex es regum, tu victor mortis & orci,
Tuq; Triumphator Daemonis atq; Stygis.
Pondera, vicisti tu tantaq; totq; ferendis
Quis erat in caelo nemo saloq; satis.
Ergo tibi merito praefertur Palma, Redemptor,
Et merito pedibus subjacet illa tuis.*

Libri I. Finis.

LIBER



LIBER II.

JESUS PATIENS.

I.

Ad JESUM.

Quotidiana mihi meditatio Passio, Iesu,
Sit tua, Mors tua sit vita salusq; mihi.

2.

Ad eundem.

Cum patior, tua sit mihi Passio, Christe, medela:
Mors tua, cum moriar, sit mihi vita, precor.

3.

Ad Christianum.

Qui pateris, Christum patientem respice, multo
Qui, quam tu pateris, passus acerba magis.
Inde tuos lenire potes patiando dolores:
Niteris hunc alacri si modo mente sequi.

4.

Ad eundem.

Omnis erit dulcis tibi crux & passio, Christi
Ante oculos si sit Passio amara tuos.

Adhuc

5.

Adhuc ad eundem.

Qui pro te passum legis omnia tristia Christum,
Pro Christo renuis cur homo acerba pati?

6.

Christus S. S. Cœnam moriturus
instituit.

Instituit Christus sacram mystica cœna,
Pro nobis quando vellet adire necem.
Cum quoq; discipulos passuros scandala nôrat,
Firmaret dubiam hac ut ratione fidem.
Tu quoque cum premeris cruce, cum mors imminet,
Isthoc
Te firma contra tristia cuncta cibo.

7.

Adhuc.

Christe, tuum cum pane datur mihi corpus in escam:
Cum vino in potum sanguinis unda datur.
Reddare eo certus quò pignore, quod mihi vita est
Corpore parta tuo, & sanguine parta tuo.

8.

Adhuc. De S. S. Eucharistia.

Quod corpus sanguisq; tibi cum pane meroq;
A Christo detur, certus es unde? refer.
Me certum faciunt dicentis verba Magistri;
Sumite, corpus id est, est cruor iste meus.

Proth.

Protulit is verba hæc, qui veracissimus autor,
 Quiaq; omnipræsens, cunctipotensq; Deus.
 Quis neget huicce fidem dicenti? verba manebunt
 Cujus, ubi in nihilum terra polusq; ruent.

9.

Adhuc. De eadem S. S. Euchar.

Qua mensa est? Christi est. Cibus est quis? Christus
 is ipse est.

Quo cibus iste modo sumitur, atq; datur?
 Nempe ita: Dat Christus corpusq; suum cruorem,
 In pane & vino: Sumitur ore, fide.
 Ore capis panem & corpus vinum atq; cruorem,
 Sacramentali fœdere juncta simul.
 Atq; fide fructus capis: & capis omnia, Christus
 Corpore qua meruit, quaq; cruore suo.
 Sed superant, dicis, rationem ea cuncta; quid ad te?
 Cum mysteria sint hæc capienda fide.

10.

Adhuc. Ex I. Corinth. II. cap.

Homo autem probet semetipsum, &c.
 Ad Christi mensam qui vis accedere, possis
 Ut dignè sancto participare cibo.
 Excutias cor ante tuum decet, indeq; quicquid
 Turpe vel obscœnum est, protinus amoveas.
 Quod fiet, doleas si sic de crimine, pravè
 Commisso, ut lachrymis interiora laves.
 Atq; fide vera merito nitaris Iesu,
 Et credas, pro te quod tulit ipse necem.

Sis si.

Sis simul in melius vitam mutare paratus,
 Effugiendo nefas, & faciendo bonum.
 Qui sic se probat, is Christo conviva probatur,
 Et sanctè dignè vescitur hocce cibo.

11.

Christus discipulis pedes lavat,

Johan. 13.

Discipulis lavat ipse pedes moriturus Iesus,
 Et jubet hi simili se ratione lavent.
 Mutua in alterius sit commoda promtus ut alter;
 Et frater pondus fratris amore levet.

12.

Christus venditus.

Eheu, quàm vili, Servator, venderis are;
 Sanguine qui redimis nos miseros proprio.

13.

Aliter.

Qui miseros proprio redimis nos sanguine, Jesu,
 Eheu, quàm vili venditus es precio!

14.

Christus in horto.

Hortus erat, quo primus Adam mortem intulit orbi,
 Alter Adam mortem vicit ubi, Hortus erat.

15.

Gethschemane.

Christus Gethschemanes abiens passurus in hortum,
 Instar, sustinuit fortia prala, Botri.

Unde

Unde latex rosei manavit sanguinis, omnis
 Nectare, qui adflicta dulcior est anima.
 Christe, meum latice hoc pectus precor imbue anhelū,
 Non alio est tanta hac fonte levanda sitis.

16.

Sudor sanguineus.

Sudasti, Jesu, qui mortis agone cruorem,
 Cor cruor hic riget in mortis agone meum.

17.

Aliter.

Christe, tuus sudor, recreet me mortis in hora;
 Frigidus it fibris sudor ubi hisce meis.

18.

Ad Jesum.

Montis oliviferi, Jesu, sim gramen in horto,
 Sanguinis aut gutta gleba rigata tui.
 Flosculus è nostro sic gramine surget, amorem
 Qui spiret Jesu, praterea quæ nihil.

19.

Christus orat in horto.

Vota facit Christus mortis vicinus agoni:
 Tu quoque sic, quando est mors propè, funde preces.

20.

Transeat à me Calix iste.

Qua patienda tibi calicem cum, Christe, vocaris,
 Num mare sicut ingens qua patienda mihi?

Non

21.

Non sicut ego volo, sed sicut tu.

Christe, voluntati Patris subiecta voluntas

Est tua, cum, levet hic ut tua fata, rogas.

Da mea, sit quoq; ubiq; tua subiecta voluntas:

Sub cruce, quando, leves ut mea fata, rogo.

22.

Angelus Christum solatur.

Angelus apparet ceu Christo in agone gementi,

Angelus est praesens sic in agone piis.

23.

Surgite, eamus, &c. Matth. 26.

Intrepido Christus se pectore movit in hostem,

Pectore nos forti sic mala ferre decet.

24.

Ut dixit eis: Ego sum, ceciderunt
in terram, Johan. 17.

Judicis ante thronum quando ducendus Iesus,

Agmina verbo uno martia stravit humi.

Quid fiet, Judex e caelo quando reversus,

Verbo uno reprobos mittet ad antra stygis?

25.

Discipuli dormiunt; Judas
vigilat, &c.

Discipuli stertunt, quando vigilare decebat;

Segnius q; tractant, pectoris arma, preces.

Sed vi-

*Sed vigilat Judas, vigilatq; caterva latronum,
Armaq; cum facibus sanguinolenta movent.
Proh dolor, hinc ingens discrimen cernitur inter
Discipulos Christi, & discipulos Satana.*

26.

Ensis Petri.

*Hostica contra audeat Petrus agmina stringere ferrum,
Contra hostes Christum quò tueatur Herum.
Non tamen hæc Petro commiserat arma Redemptor,
Sed pia vota, preces, & vigilare probè.
Nos hodiè quoq; non armis accingimur istis,
Quæ Christus dedit, astitit qua caro ad arma vocat,
Nempè jubet quietes vindictam sumere ab hoste;
Committenda foret cum magis ista DEO.*

27.

Ad Petrum.

*Non ensis tibi, Petre, datus; sed Calice clavis;
Hac multum poteris proficere, ense nihil.*

28.

Osculum Judæ.

*Falsa tibi Judas dat proditor oscula, Jesu;
Quot fratres Judæ vastus hic orbis habet?
Qui sine mente sonos dent, qui sine pectore dextras:
Mos quibus est speciosè fallere amicitia.*

29.

Christus ligatur.

*Crimine cum liber sis, cur age, Christe, ligaris?
Scilicet hoc solvis vincula nostra modo.*

Aliter.

30.

Aliter.

Vincula cur te, Christe, ligant, qui liber es omnè
Crimine? sic rumpis vincula, Christe, mea.

31.

Aliter.

Quid tibi cum vinculis, Jesu, qui criminis expertus?
Vincula d'is isto nostra soluta modo.

32.

Adhuc aliter.

Nullius es, Jesu, convictus criminis unquam,
Et tua sunt laqueis membra ligata tamen.
Nempe mei causa laqueis es, Christe, ligatus;
Ut laqueis Satana liberer inde trucidis.
Maxima, Christe, tuis debetur gratia vinculis:
Vincula queis placuit solvere nostra tibi.

33.

Christus in domo Cajaphæ.

Ante sacerdotem traheris, pie Christe, sacerdos
Ipse, sacerdotes qui facis atq; foves.
Moxq; sacerdotum damnaris voce, sacerdos
Summe, sacerdotem te quoniam esse negant,
Quanta sacerdotum hæc dementia; Christe sacerdos?
Pæna sacerdotes quàm gravis hosce manet.

34.

Falsi testes.

Te nequeunt veri convincere criminis hostes,
Objectare igitur crimina falsa parant.

Sic ho-

*Sic hodie fit adhuc. Tua namq; Ecclesia, Iesu,
Cogitur, heu! falsi criminis esse rea.*

35.

**Testimonia non conveniebant,
Marc. 14.**

*Falsidico contra Christum mendacia testes
Ore vomunt: jugulant se tamen ense suo.
Dum non conveniunt. Simili qui sorte laboras
Cum Christo, à falsis testibus & premeris,
Ne desponde animum. Sibi non mendacia constant.
Causa bona & premitur, non tamen opprimitur.*

36.

**Christus, quia se filium Dei dicit,
damnatur.**

*Præsul ubi adjurat te, Christe, rogatq; parentis
Æterni an proles sis genuina Dei;
Quod sis, respondes. Tota hinc te concio Patrum
Blasphemum, & mortis clamitat esse reum.
Sunt hodie Caipha, qui præsulis acta sequuntur,
Christe, Deum qui te turpiter esse negant.
Hisce os blasphemum, precor, obstrue, Christe, doceq;
Te verum ut discant esse, colantq; Deum.*

37.

**Ex hoc erit filius hominis sedens à
dextris virtutis Dei.**

*Judice diem coram damnatur Christus iniquo,
Hunc citat extremi judicis ante thronum.*

T16

*Tu quoq; si pati aris idem! solamine fulci
Hoc animum: extremum quod propè iudicium.*

38.

Petrus negat Christum.

*Dum ter nocte negat, Jesu, te Petrus in una,
Vis docet humani quanta sit Arbitrii.
Vincula qui tecum mortemq; subire volebat:
Ad vocem ancilla nunc tremit ac titubat.
Hinc patet, omnis homo quod mendax sit, valeantq;
Nil vires nostra, ni juvet ipse Deus.*

39.

Gallicinium.

*Arguit ut Petrum Galli de crimine cantus;
Voce ita nos legis criminis arguimur.
Et primò ut Gallum surda Petrus aure canentem
Negligit; attendit, quando iterum ille canit:
Sic legis primò non curant fulmina multi,
Sed spernunt surda numinis aure minas.
Quin iterum atq; iterum temnunt meliora monentes,
Insuper & galli verba canentis habent.
Intuitu fac, Christe, tuo moveantur ut isti:
Est à te monitus quo Petrus intuitu;
Commissum scelus ut fleret. Nam tu nisi, Jesu,
Corda moves, nemo corda movere potest,*

40.

Lachrymæ Petri.

Crimi-

*Crimina cum Petrus sua fleuit, fleuit amare,
Te tua amare etiam crimina flere decet.
Flere superficie tenus, est nil flere Jehova
Ante oculos. Cor fleet, non oculi, ante Deum.*

41.

Adhuc.

*Qui lacrymas fundis, gemitu tua pectora tundas;
Qua Dominum lenit lacryma, corde venit.*

42.

*Christus in faciem caeditur, conspuitur,
velatur, &c.*

*Ceteris in faciem, tibi frons velatur, iesu;
Et sputo ac muco sordida utrinque gena est;
Ut facies caelo niteat mea sideris instar,
Et possim tata fronte videre tuam.*

43.

Christus ad Pilatum ducitur.

*Gentilis Jesus producitur ante tribunal
Judicis; ut gentes se quoque amare probet.*

44.

Christus flagellatur.

*Christe, flagellaris mea propter crimina; flagra
Demonis in Stygio qua meruere lacu.
Liberer his ut ego, tu pro me caderis insons.
Gratia sit flagris summa proinde tuis.
Daque tui flagra mente feram patiente Parentis,
Crimina tot propter me quibus ipse ferit.*

Ad

45.

Ad Christum.

A capite ad calces flagris tibi corpus aratur,
 Christe, hinc ut rubeat tota cruore cutis.
 Ut me sic totum scedatum sorde reatus,
 Hocce tuo à maculis, Christe, cruore laves.

46.

Ad Pilatum.

In fontem quem scis age cur, Pilate, flagellas?
 Hinc ferient animum quanta flagella tuum?
 Cum non flagra tibi sed strictus mucro, nocebit,
 Hoc inferre manus quando tibi ipse voles.

47.

Herodes alba veste Christum induit.

Induit Herodes tibi pallia candida, Jesu,
 Orner ut ipse tua Syndone justitia.

48.

Serta Christi spinea.

Serta caput reddunt tibi spinea, Christe, cruentem:
 Et cruor it iua per tempora, per q₃ genas.
 Ut cruor hic redimat me, sint & Ianthina caelo,
 A te temporibusserta parata meis.

49.

Christus & Barrabas.

Innocuo prefers Christo, Judae, latronum,
 Latronis sic te prodis habere animum.
 Pratulit Isacidi sic olim Saulus Agagum,
 Dignus erat necis hic, iste sed innocuus.

6 2

Et ta-

Ad



*Et tamen innocuum Saulus jugulare parabat,
Ac fonti stulto parcere consilio.*

50.
Judas suspendio vitam finiens.

*Non dolor est major, quam diri conscia facti
Mens stimulo pectus cum sine sine fodit.
Proditor exemplo est Judas, quem conscia adegit,
Infami sibi mens frangere reste gulam.*

51.
Argentei.

*Qua fuerat Juda primo gratissima merces,
Aeterna tandem causa sit huicce necis.*

52.
Fructus avaritiæ.

*Quod sit avaritia res desperatio fructus
Pessima, te Juda mors miseranda docet.
Cui res ad restim rediit. Procul exsulet auri
Ergo fames: ea ne te quoque fata premant.*

53.
Palla purpurea.

*Purpurea miles palla te vestit, Iesu,
Non ut te decoret, sed magè dedecoret.
Irridens regale decus. Tua purpura vestem
Justitia amissam da mihi restituat.*

54.
Corona spinea.

Spinea

Spinea in hoc mundo, Jesu te ferta coronant,
 Gemmiferum in caelo qui diadema geris.
 Tu caput es, tua membra sumus. si spina coronat
 Hic quoque nos, caelo florida ferta manent.

55.

Populus. Crucifige.

Vulgus iners, stolidumque omnes mutatur in horas,
 Nunc odit, quos mox sidera ad alta levat.
 Quosque levat modo ad astra, iterum mox damnat ad
 orbem,

Ut non instabilis sit maris unda magis.
 Qui dubitas, vulgus Judaea respice gentis;
 Nunc Christo favet id, mox iterum odit eum.
 Nam canit intranti Solymas Hosanna, vicissim
 Turpiter ore isto mox crucifige canit.
 Quisquis es ergo nimis vulgi ne fide favori,
 Pristina ne fiat gratia mox odium.

56.

Pilatus populo vult satisfacere.

Vis, Pilate, satis populo fecisse furenti;
 Num satis hac summo fit ratione Deo?

57.

Malluvia Pilati.

Stulte, manus, Pilate, lavas? Num crimine mentem
 Malluvias credis posse lavare tuam?
 Pilati, heu! videas quot adhuc se more lavantes,
 Prætextu admissum crimen ut hoc tægant.

6 3

Sed

*Sed frustra ante homines talis sit lotio; cordis
Intima si scateant sordibus ante Deum.*

58

Sententia damnatoria.

*Judicis insontem damnat sententia Jesum,
Ut non à summo iudice damner ego.*

59.

Ad Pilatum.

*Criminis expertem cum sis expertus, Iesum,
Atq; palam multis id fateare modis:
Damna: e innocuum tandem, Pilate, quid audes;
Sanguinis insontis quid reus esse cupis?*

60.

Christus educitur ad mortem,

Levit. 16.

*Victima que populi peccata piare solebat;
Extra urbem ducta hac in loca sola fuit.
Tu quia totius pro crimine victima mundi es,
Extra urbem, Jesu, duceris, & moreris.*

61.

Imitare.

*Si propter Jesum linguenda est patria dulcis,
Si domus & conjux, ipsaq; vita tibi:
Ne t istere: tui causa prior omnia Jesus
Liquit; & est passus nudus egensq; necem.
Hic quoq; se propter qua linguis, centupla caelo
Reddet, an hoc possit dulcius esse lucrum?*

SIMON

62.

Simon Cyrenæus.

Ad mortem Iesus Solymis educitur, atq;
 Bajulus ipse sua cogitur esse cruce.
 Rure Simon veniens crucis n se sumere Christi
 Carnificum iussu est grande coactus onus.
 Ergo Simon sequitur, cruce sub vestigia Christi,
 Veraq; cuiusvis sic sit imago pii.
 Nam qui discipulus Christi est hunc pondus oportet
 Ferre crucis, Sola hac itur ad astra via.

63.

Concio Christi ad mulieres.

Fleat que te ad mortem, Jesu, comitantur cunctes
 Matrona, & falsis ora rigant lachrymis.
 Has tu flere vetas, te propter; Crimina propter
 Propria eas potius flere, docere jubes.
 Quæ, nisi peniteant, in seq; suosq;, malorum
 Derivent tantum, ut flere satis nequeant.
 Nostra jubet quoq; nos hæc concio crimina flere,
 Adq; Deo veniam poscere, corde pio.
 Mature; mala tanta prius quam desuper adsint,
 Peccatis meriti que sumus innumeris.
 Nam si tu, lignum viride, es tam passus amara;
 Quid fiet nobis, qui arida ligna sumus?

64.

Flete super vos & filios
 vestros.

c 4

Site

*Si te non gravis ira Dei ob tua crimina punit,
Hæc sobolem forsân puniet ira tuam.
Ergò cave peccare! tui non ipsius illud,
Si causa facis? ah, proli, age, parce tua.*

66.

**Myrrha & fel Christo propi-
nantur.**

*Vina propinantur mæstis, recreentur ut inde,
Est morienti etiam mos dare vina vetus.
Sed vinum Myrrha tibi, Jesu, felleq; mixtum,
Quo crucière magis, non recreère, datur.
Me recreet summa ut tua gratia mortis in horâ,
Et vita saturer Nectare in arce poli.*

67.

Adhuc

*Felle merum & Myrrha mixtum tibi, Christe, pro-
pinant:*

*Terra quibus data erat melle meroq; fluens.
Talis adhuc mundi est ingrati gratia, Jesu,
Quam, olet is membris exhibuisse tuis.*

68.

Adhuc.

*Quis dederas vites, quis terram lacte fluentem,
In potum hi præbent Myrrham, Aloenq; tibi.
Gratia nonnè eadem tibi, Christe, refertur ab illis
Nunc quoq; , compensant qui benefacta malis?*

Vestes

69.

Vestēs Christi.

Vestibus exsueris, fiunt quæ præda latronum,
 Fixerunt, Jesu, qui tua membra cruci.
 Sic fit adhuc: bona nempe pios Ecclesiæ in usus
 Quæ data; sæpè aliò turba profana rapit.

70.

Clavi Christi.

Clavus utrinq; manus transit tibi, Christe, pedesq;
 Pro clave ut possit cor referare tuum.

71.

Aliter, ad Jesum.

Sunt claves mihi, qui faciunt tibi vulnera clavi,
 Quæ cordis referant interiora tui.

72.

Adhuc aliter.

Vulnera qui faciunt clavi tibi sunt mihi claves,
 Christe, tui cordis quæ referant adytum.

73.

Titulus Christi trilingvis.

Pilatus lingua Hebræa, Græca atq; Latina,
 Te regem, Jesu scripsit ut Isacidum.
 Sic verè Rex es cunctorum sive ab Hebræo,
 Seu Græco, aut Latio sint genitore facti.

74.

Christus in medio Latronum.

s s

LATRO.

*Latrones, Jesu, binos suspenderis inter,
Pro quibus, ut doceas, perpetiâre necem.
Latrones Jesu, binos suspenderis inter:
Sim medius cœtus inter ut Angelicos.*

75.

Christus crucifixus, Num. 21.

*Æneus à Mose est quondam suspensus ut anguis,
Ut foret ad morsus dyspadiis antidotum.
In cruce sic, Jesu, suspenderis; ut tua possit
Mors contra morsus ferre Satani opem.*

76.

Christus crucifixus.

*Christe, flagris quis te casum cruce fixit in alta?
Quis tibi tot fecit vulnera? solus amor.
Nempe amor ille reum quo me complexus, Iesu, es:
Exstincta est solo quo patris ira tui.
O tui amore crucem da, vulnera, flagraq; fortis
Ut tolerem, & fugiam nec tui amore mori.*

77.

Ad Christum crucifixum.

*Pectore, Christe, meo clavis sis fixus amoris,
Pro me qui ferro in stipite fixus eras.
Sic memor usq; tue mortisq; crucisq; manebo:
Per qua parta mihi vita salusq; reo.*

78.

Ad eundem.

CRUX

*Cruce tua noster amor, Jesu dulcissime, nostri
 In crucis es passus nam trabe amore necem.
 Cruce tua nostra salus, Jesu bone, namq; salutis
 In cruce & es nostra passus amore necem.
 Cruce tua nostra quies, Jesu pie, namq; quietis
 In cruce & es nostra passus amore necem.
 Cruce tua noster honor, Jesu optime, cum sit honori
 Nobis, quod nostri es passus amore necem.
 Cruce tua nostra mele, Jesu unice, namq; canendi
 Materiem nobis Cruce tua suppeditat.*

79.

**Ad Christum, brachia in cruce
 pendentem.**

*In cruce qui pandis tua brachia, Pastor Iesu;
 Amplexum his preme me pectus ad usq; tuum.*

80.

Ad eundem.

*Brachia cur pandis tua? an his includere, Jesu,
 Me cupis? Inclusum, o, me cor ad usq; preme.
 Complexumq; fove. S. quidem inter brachia, Jesu,
 Hac tua dulce mihi est vivere, dulce mori.*

81.

Ad eundem ex verb. S. Bernh.

*Turbari potero, non perturbabor, Iesu;
 Namq; recordabor mortis ubiq; tue.*

c 6

Chri-

82.

Christus pro hostibus orat.

*Hostibus ignoscis, Jesu, proq; hostibus oras:
Hostibus ut studeam talis ego esse meis.*

83.

Christus matrem suam Johanni
commendat.

*Christe, tua curam matris nec morte relinquis:
Quisq; sue curam fac ita matris agat.
Vipeream at multos mercedem solvere constat,
Que peperit matri, qui genuit q; Patri.*

84.

Latro resipiscens.

*In cruce consequitur resipiscens latro salutem;
Sic veniam verè, qui resipiscit, habet
Exemplo tamen hoc ne quis malus ausit abuti:
Qui in summam differt pœnituisse diem.*

85.

Eli, Eli, lama, asabth.

*A patre desertum queritur se Christus, ut inde,
Quàm sit nostra gravis culpa, patère queat.
Utq; patère queat, si Christus crimina propter
A Patre desertus, in cruce, nostra fuit.
Quid sit de nobis aliquando aliisq; futurum,
Quos constat proprii criminis esse reos.*

Si non

*Si non mature resipiscat quisq³, dolendo
De scelere, in Christum & respiciendo fide.*

86.

Sitio. Ex verb. S. Augustini.

Quid, pie Christe, sitis? nunquid de vite Falernum?

Numquid de liquido flumine fontis aquam?

Non ita: sed sitis est hominum tibi vita, salusq³:

Ut celi hi tecum gaudia participent.

Vita, salusq³, sitis tibi si est mea, Christe, salutem

In te fac suam, queso, sitimq³ levem.

87.

Consummatum est.

*Est consummatum per te, quodcunq³ Prophetæ
Prædixere, sit hinc gratia, Christe, tibi.*

*Est consummatum per te, quodcunq³ salutem
Concernit nostram: gratia, Christe, tibi.*

*Est consummatum per te, quodcunq³ Parentis
Ira minabatur, gratia, Christe, tibi.*

*Est consummatum nostro pro crimine lytron,
Per te sufficiens, gratia, Christe, tibi.*

*Da, quoties lex me terret, mens conscia torquet,
Mors, Satanasq³ furunt, & Stygis antra fremunt:*

Quod consummata hæc per te sint omnia dicam:

Et vera vincam monstra ea cuncta fide.

88

Ex verb. S. Augustini.

Felix, o nimium felix homo dicere tecum,

Qui consummatum est, Christe, aliquando potest.

6 7

Non

*Non illi caro, non Satanas, mundi ve voluptas,
Non lis, non vis, non mors nocuisse queunt.
Sed sortis supra varia ludibria! atus,
Desuper hoc varias temnit in orbe vices.*

89.

**Pater, in manus tuas commendo
Spiritus meum.**
*In cruce Patri animam tradis moriturus, Iesu,
Da moriturus ego tradam ei & hanc animam.*

90.

Ex verb. Dionysii Areopag.
*In cruce qua quondam tibi vox fuit ultima, Jesu,
Vox ea sit quoq; in hac ultima luce mihi.*

91.

Ex verb. Ambrosii in Luc.
*Quod commendatur Domino, non perditur, ergo
Commendata Deo non anima ulla perit.*

92.

**Christum Judæi in cruce bla-
sphemant.**
*In te qui vivum convitia spargere sventi,
Hi tibi nec mediâ parcere morte volunt.
Quin livor nec post tua fata quiescit, Iesu;
O maledicendi non saturanda fames.*

63.

Deliquium Solis.

Sol

*Sol oculus mundi densis caput occulit umbris :
In cruce fata subit Sol ubi iustitia.*

94.

**Petræ scinduntur. Terra mo-
vetur.**

*Scinduntur petra, Christo moriente, sepulchra
Panduntur, terra viscera mota tremunt.
Durior est petris, & surdior ille sepulchris,
Christe, tuâ qui non morte movetur homo.*

95.

Velum templi scissum.

*Rumpitur & velum templi, ac adyta ipsa patefcunt :
Sanctorum ut crucis in stipite Sanctus obit.
Intima cælorum ut pateant sacraria nobis;
In Christo & clausum constet ita esse nihil.*

96.

Corpora Sanctorum.

*Multa sepulchrorum de claustris corpora surgunt :
In cruce cum Christus fata suprema subit :
Hujus ut hinc pateat sit quanta potentia mortis,
Nempe quod hæc solvat jura severa necis.*

97.

Centurio.

*Christe, tuæ miles spectator mortis, ut audit,
Qua voce exspires, miraq; plura videt :
Percutiens pugno pectus resipiscit; & insit :
Verè, ita qui moritur, Filius ipse Dei est.*

DA

*Da quoq; Christe, tua spectator mortis acerba
Sim talis: qui te noverit inde Deum.*

*Percutiat q; manu pectus resipiscere promptus,
Ut mortis merito perfruar usq; tua.*

98.

*Deus meus, ut quid me dereliquisti,
Matth. 27. Ad Jesum.*

*A Patre desertus, Jesu, me desere nunquam:
Et ne deseram ego te, pie Christe, veta.*

*Sic ego, me quamvis homo deserat omnis & omnis,
Desertum nunquam me nimis esse querar.*

99.

*Mors Christi. Ex verb. Christi, Johan.
15 & S. Bernhardi.*

*Magnus amor vitam est pro caris ponere amicis;
Longè in te est major. Christe, repertus amor.*

*Nam pro dilectis non vitam ponis amicis,
Pro trucibus sed adis hostibus atra necis.*

100.

Alicer.

*Major amor non est quam vitam ponere, amicus
A mortis liber possit ut esse metu.*

*At longè tuus est amor isto major, Iesu,
Qui vitam ponis, vivat ut hostis homo.*

101.

Ad Christum, adhuc.

*Mors tua mors facta est mortis. nil spicula mortis
Ergo timet, tua mors quem, pie Christe, beat.*

Adhuc

102.

Adhuc ad Jesum Christum.*Vincere quam nemo poterat, quam nemo domare,**Mors domita est, Jesu, victa q̄ morte tua.**Da mihi, ut hanc per te vincam quoq̄; vincere nemo**Nam sine te mortem, nemo domare potest.*

103.

Christus in ligno moriens, Gal 3.*Ne maledictus homo pereat, maledictio Christus**Ipse fit; & moritur, ne moriatur homo.*

104.

Christus latus lancea perfossus.*Christe, tibi miles latus ut mucrone recludit,**Inde aqua cum roseo sanguine mixta fluit.**Binano sacramenta tua latere hocce cruento;**E liquido veluti flumine, Christe, fluunt?**Est ita Nam sancti fluit hinc baptismatis unda,**Et cruor apponit quem tua cœna mihi.**Sapius hoc de fonte bibam, da, Christe, cruore**Detur ut hoc anima sæpè levare sitim.*

105.

Sanguis Christi.*Durius est Adamante nihil, tamen ille domatur,**Mollefcit q̄ hirci sanguine quando madet.**Cor hominis quod non mollescit sanguine Christi.**Quod magè sit durum duro adamante patet.*

Chri-

106.

**Christi latus lancea apertum. Ex
S. Bernhardo.**

*Ut petra celeri turtur penetrabile volatu,
Accipitris metuit cum sibi ab ungue petit.
Sic peto, Christe, tui lateris penetrabile volatu
Mox fidei: Stygius cum furit accipiter.
Hoc adyto exceptus, nil unguis curo furentis
Accipitris; Satana tela ve cuncta trucis.*

107.

**Miles cum lancea sua imago Anti-
christi. Ad Christum.**

*In tua qui sevit defuncti viscera miles,
Dum mucrone latus perfodere audet atrox:
Viva Antichristi, Christe, est atrocis imago:
In defunctorum qui quoque membra furit.
Quando vel ex imis isthac protracta sepulchris,
(Infandum scelus heu) damnat, Et igne cremat.
Sed cremet. haut tamen illa minus de morte resur-
gent,
Sint cinefacta licet, Christe, ubi ab axe redis.*

108.

Christo crura non fracta.

*In cruce fracta licet sint crura utriusque latroni,
Christe, tamen minimè sunt ea fracta tibi.
Frangere Paschali non crura licebat ut Agno:
Sic quoque non decuit frangere crura tibi.*

Crura

*Crura quibus frangi caput execrabile Ditis
Debit: hac frangi à milite non decuit.*

109.

**Christus sepultus; in alieno & novo
f. pulchro.**

*Ne vitâ functo desit tibi, Christe, sepulchrum,
Quod sibi Josephus fecerat antè, subis.
Idq; novum; huc alius quo non erat. usq; sepultus
Hoc te cum lachrymâ Myrrha aloeq; locant.
Sed tumulto es, age, cur alieno conditus? Inde
Ut pateat, pro aliis te subiisse necem?
Conditus inq; novo es, quando de morte resurges,
Surrexisse alium ut dicere nemo queat?*

110.

Custodes sepulchri.

*Frustra est, quod tumulum Christi custode coronas?
Et signi impressâ claudis, Apella, notâ.
Non remorabuntur surgentem talia Jesum;
Qui datus est custos, mox tibi testis erit;
Quod Christus clauso tumuli surrexerit antro:
Quantum eris, velit hoc porro tacere, dabis?*

111.

**De Passione Christi. Ex S. Bernhar-
di, de Pass. cap. 33.**

*Heu, quàm dura hominum sunt pectora, reddere
Christi*

Mollia qua tandem Passio amara nequit.

Instar

Instar si terra, durata Solis ab aestu
 Hæc essent, lachryma mollia non facerent,
 Quas Christus fudit moriturus? Cum queat imber,
 Unda ve duratum reddere molle solum.
 Si lachryma nequeunt ea mollia reddere corda,
 Et dura hæc saxi sunt silicisq; modo:
 Nonne ea vel clavi vel lancea scindere possint,
 Vulnera que manibus, vulnera que pedibus,
 Vulnera que lateri Christi inflicere? quod isthæc
 Rumpere cor durum si quoq; fors nequeunt,
 Ut lachrymas fundat? Saxo est hoc durius isto,
 Quod baculus Moysis fundere fecit aquas.
 Diriguisse etiam cor hoc Adamantis ad instar
 Certum est; quo durum nil magis esse ferunt.
 Et qui molliri pote sanguine solius hædi:
 Hoc si perfusus nempe calente fiet.
 Ergo quoq; hoc rigidum cor hædi aspergo cruore,
 Immo agni adspargo sanguine purpureo.
 Nempe agni innocui, nostre pro crimine casti,
 Ut lueret mundi totius omne nefas.
 Hoc si molliri nequeunt adamantina corda
 Sanguine, ut in lachrymas in gemitusq; abeant:
 Res desperata est; nec spes super ulla salutis,
 Durities procul, o, corde sit illa meo.

112.

Ad Christum in cruce pendentem.

Christe, Dei soboles, nostra spes una salutis,
 Quas humili grates voce sonabo tibi?

Non

Non solum aethera quod missus ab arce Parentis,
 Induis humani corporis ossa Deus.
 Sed quoque Christe, cadis pro nostra victima culpa,
 Nec mortis rigida spicula dira tremis.
 Scilicet ut nobis amissa gaudia vita,
 Atque salus redeant sanguine parta tuo.
 Ceu pectus rostro Pelecanus rodit acuto,
 Sanguine conspergens pignora cara suo.
 Sic tua pro nobis bonitas non mille dolores,
 Nec refugit lethum, et verbera mille pati.
 Crura, manusque amba ferro terebrantur acuto,
 Figeris infanda et conditor ipse cruci.
 Eterna ut moriens nobis a morte redemptis
 Astriferi dones gaudia vera poli.
 Christe, crucis pendens pansi super arbore palmis,
 Qui sacra pro nobis victima casus obis.
 Cuspide qui ferri manibus pedibusque cruenti
 Transfixis pendens, spinea seriat geris.
 Respice me miserum vultu, rex summe, benigno,
 Ad tua qui supplex vulnera tendo manus.
 Corque meum roseo lateris consperge cruore,
 Faedaque peccatis ablue membra precor.
 Namque tuus sanguis nos erimine mundat ab omni,
 Cordaque nostra facit candidiora nive.
 Et tua mors nobis vitam et bona plurima confert;
 Hac quoniam nostra est morte redempta salus.
 Tu nisi terrigenum sortem miseratus iniquam
 Fregisses Stygii colla superba lupi:

Tu ni-

Tu nisi crudelis subiisses vincula mortis,
 Vulnere perpressus, verbera, probra, minas:
 Nulli fas hominum campos super aëris ignes
 Et convexa poli templa subire foret.
 Sed furvas omnes raperentur Ditis ad umbras,
 Et Stygiis essent turba cremanda focis.
 Jam duce te portas cæli penetrare patentes,
 Atq; olim clausum limen adire datur.
 In me, Christe, precor placidum convertito vultum,
 Atq; oculos in me dirige, queso, tuos:
 Pendentem quibus adspexi super arbore quondam
 Latronem, dextra qui tibi junctus erat.
 Cùm tales roseo fundebas pectore voces:
 Mox cernes mecum gaudia vera poli.
 Cùmq; aderit mortis, supremæq; funeris hora,
 Natura ut solvam debita jura mea:
 Hancce tuis animam manibus commendo paternis,
 Ut cæli tecum regna beata colat.
 Cantet ubi nova cum reliquis tibi júbila sanctis;
 Laudibus haud ullo dedita sine tuis.

Libri II. Finis.

LIBER



LIBER III.

I.

Festo Resurrectionis Dominica.

Feria prima.

Angelus adfirmat Christum rediisse sepulchro
Et nova discipulis ista referre jubet.

2.

Eodem die.

Sol faciem velat, Christo moriente, tenebris;

Hoc surgente, iterum latior exit aquis.

Sic quoq; discipuli Christi de morte dolebant;

Quæis tumulo is surgens gaudia summa tulit.

3.

E tumulo Christus surrexit; ovate fideles;

Quos propter voluit surgere de tumulo.

4.

Adhuc. Ex Zachar. 13.

Cæsus erat Pastor, dispersæ hinc inde bidentes:

Totius & spes est vîsa sepulta gregis.

Triduo at elapso, rediit rediivus in auras

Pastor, dispersas & revocavit oves.

Gaudia

Gaudia quanta ovibus Pastore fuere recepto?
 Jubila post lachrymas quot rediere gregi?
 Nos quoque non minus his hodie exultare de-
 cebit.

Eodem die. Ex textu Epistolico,
 1. Corinth. 5.

Pascha typi veteris nos Paschatis admonet hujus
 Debeat & peragi qua ratione, docet.

Imprimis jubet ut fermentum sit procul omne;
 Scilicet omne scelus, scilicet omne nefas.

Et contra hortatur melioris ad Azyma vitæ;
 Quæ sunt pura fides, candida & integritas:

Ergo cupis qui Pascha novum celebrare, videto;
 Pectore fermentum sit procul omne tuo.

Sit procul è vita hoc quoque, quò conspersio
 dulcis,

Fermento sine, sis, Massa; grata Deo.

Azuma te fidei veræ, & fidei Azuma puræ
 Delectent. Paschæ ritè ita festa colis.

Feria 2. Paschatos.

De Christo comites Emaunta loquuntur euntes,
 Tertius his Christus jungitur, hosq; docet.

Eadem feria.

A mce.

7.

Eadem feriâ.

A mœstis quoties Christus procul esse videtur,
 His magis est, quàm quis cogitet esse, propè.
 Nempè hujus verbo si delectentur, & indè
 Tristicæ quarunt pharmaca certa suæ.
 Nam Christi verbum si quis colit, ipse vicissim
 Hunc colit, & nunquam deseruisse potest.
 Ut Cleophas probat id mœstus, cum comparo
 mœsto:

Quæis Christus, de se quandò loquuntur, ad-
 est.

8.

Adhuc.

Christe, mane: quia vesper adest, nox ultima,
 mundo

Imminet; inclinant omnia ad interitum.
 Nam nisi tu maneas; nisi tu nos lumine verbi
 Irradies, cœcis mergimur, heu, tenebris.

9.

Adhuc.

Quid simulas abitum? quid pergere longiùs in-
 stas

Christe? tuosne paras relinquere sic famulos?
 Vesper adest; Satanas furit efferus, imminet
 hostis:

Tu nisi sis præstò, præsto erit interitus.

d

10. Igno-

10.

Ignoratio scripturæ.

Non didicisse Dei verbum, neq; discere velle;
Unicus est omnis fons & origo mali.

11.

Adhuc eadem feria.

O homo, præsentis vitæ qui tædia sentis,
Et quereris lentas ex filij esse moras:
Christum adscisce tibi Comitem. Comes isto
viarum

Leniet alloquio tædia cuncta suo.
Est testis Cleophas, fido hic comitatus Achate;
De Christi fecit verba ubi morte sui,
Tertius hic ultrò venit, sermone viarum
Tædia qui potuit mœsta levare suo.
Sic, iter emensi ut Comitem retinere disertum
Hunc cuperent. Comes, ô Christe, ades usq;
mihi.

12.

Nonnè ardebant corda
nostra.

Ignitum eloquium Domini est: Accendere
corda

Quod valet, ut, fuerant frigida quæ, caleant.

13.

Feria III. Paschatos.

Chri-

Christus ut è tumulo se surrexisse probaret,
 Se vivum exhibuit sæpius ipse suis.
 Ostenditq; illis sua membra, manusq; pedesq;
 Atq; Cicatrices tangere in hiscè dedit.
 Horum etiam ante oculos de pisce favoq; com-
 edit:

Ut dubij posset sic superesse nihil:
 Visus & auditus, tactus, gustusq; docere
 Cum possent, Christum è morte redisse si-
 mul.

14.

Eadem feriâ.

Discipulis pacem rediens à morte precaris:
 Da pacem & nobis, optime Christe, tuam.
 Quam nisi tu dederis, bella, horrida bella mi-
 nantur:
 Strage omnes unâ perdere Christicolas.

15.

Adhuc.

Nobis pax tua sit, Jesu, sit pax tua nobis,
 Pax tua sit nobis, terq; quaterq; precor.
 Pax tua sit nobis adfecta Ecclesia mecum,
 Atque, hanc quotquot amant, terq; quaterq;
 rogant.
 Utq; rogent, opus est; siquidem furialis Enyo
 Sanguinolenta truci concutit arma manu.

d 2

Et

Et furit in cœtus magno impete viscera sacri,
 Qui te non ficta religione colunt.
 Non fecus ac si illos simul & semel opprimere
 omnes,

Atq; uuâ pariter mergere clade velit.
 Qui Jovis Ausonij renuunt sua colla cœpistro
 Subdere, nec sanctos pro Deo habere volunt.
 Namq; nihil nisi bella crepant, stragesq; cru-
 entas,

Dementata Lupæ mancipia Oenotriæ.
 Redde tuis igitur pacē, quam poscimus omnes,
 Christe, salus bello est nulla nec ulla quies.
 Tu Pacis princeps, Pax ipsa, & Pacis amator:
 Te sine pax non est ulla solo, ulla salo.

16.

Dominica Quasimodogeni-
 niti.

Discipulis pacem trina vice, Christe, precaris:
 Trina quod est per te pax reparata piis.
 Cum Patre prima Deo, nostro cum corde se-
 cunda,

Tertia Pax contra Dæmonis arma trucis.
 Da mihi sit quoq; pax ea trina, Redemptor, &
 indè

In vitâ & media morte timebo nihil.

17.

Vox Christi ad discipulos; Ex
 Antiphona.

Pax

Pax vobis ego sum Jesus, nolite timere,
 Omnis abesto, Orco me redeunte, timor.

18.

Christus adest januis clausis. Ex
 verbis S. Ambrosij.

Naturæ in Christi quid corpore quaritur ordo:
 Contra naturam virgo quod alma parit?

19.

Adhuc. Ad Christum.

Christe, cicatrices dubio das tangere Thomæ;
 Utq; manum in lateris mittat hiulca jubes.
 Sit satis hoc Thomæ! mihi non satis est, nisi
 memet,
 Christe tuis totum miserero vulneribus.

20.

Thomas Didymus.

Heu Didymus quor adhuc isthoc habet orbe ge-
 mellos,
 Qui Christo renuunt fidere, nî videant.

21.

Adhuc. S. S. Ministerium.

Quanta Ministerij sit gloria, gratia quanta,
 Scire cupis? Christus te sat id ipse docet.
 Namq; ministerij est non Rex, non Angelus autor
 Autor sed Deus est ipse Ministerij.

d 3

A Pa.

A Patre ceu Christus missus fuit, ipse vicissim
 Misit ita, & mittit nunc quoq; discipulos.
 Hisq; poli claves tradit, peccata remittant
 Queis, Veniam his verâ qui petiere fide.
 Indè Ministerij sit gloria quanta patescit;
 Indè Ministerij gratia quanta liquet.

22.

Adhuc.

Vulnera, & Cicatrices Christi.
 Ex S. Bernhard.

Est ubi vera quies, ubi spes optata salutis?
 Nusquam, in vulneribus sit nisi, Christe tuis.

23.

Dominica Misericord. Do-
 mini.

Pascit oves Christus, propria quas morte rede-
 mit,
 Et contra has Satanæ protegit ausa trucis.
 Felices igitur tali Pastore bidentes:
 Nulla oberit vobis ars rabiesve Stygis.

24.

Adhuc. Ad Jesum.

Non adeò lupo infestat crudeliter agnos,
 Quin magis infestat nos Cacodæmon atrox.
 Agna nec ulla lupo sic extat viribus impar,
 Quin minus huic hosti nos patet esse pares.

Sed

Sed licet imbelli sim, Christe, imbellior agno;
 Et peior Satanas sit feritate lupo:
 Nil formido tamen: quia tu mihi Pastor es,
 ora

Per quem sunt stygij fracta superba lupi.

25.

Adhuc. Ad eundem.

Pastor oves defende tuas: nox imminet atra;
 Dentibus & circum frendet ovile lupus.
 Hunc contra nisi, Christe, tuo nos robore mur-
 nis,

Actum est. Nam nihil hic robora nostra va-
 lent.

26.

Dominica Jubilare.

Tristia præcedunt; post gaudia lata sequuntur;
 Discipulis Christi hæc nota frequense; via est.
 Scilicet in mundo hoc; sunt mixta ubi tristia
 lætis;

Dulce ubi non datur his mel sinè felle merum
 Cœlica in arce sed hos. post omnia tristia tandē
 Gaudia, quæ finem non habitura, manent.

27.

Ead. Dominica.

Aspera, Christe, tuis primùm, post prospera
 confers,

Ut quandò illa premunt, hæc relevate queant.

d 4

Aspe-

Aspera quando premunt igitur, mok prospera
 spera,
 Qui pius: & falsas Jubila post lachrymas.

28.

Adhuc.

Ex verbis Tauleri.

Est ubi lux, ibi crux; ubi mel, ibi fel quoque;
 nusquam
 Mel sine felle merum: luxq; jugo absq; cru-
 cis.

29.

Ex verbis S. Bernhardi.

Gaudia quæ sine fine manent, in fine videbis:
 Gaudia cum mundi finem habitura suum.

30.

Ex verbis ejusdem.

Mundi in delicijs qui transigit impius ævum,
 Sentit & irati nulla flagella DEI.
 Est similis ducto per florida prata latroni:
 Infami ut luat in stipite supplicium.

31.

Dominica Cantate.

Christus adit Patrem, Flamen missurus ab alto,
 Arguat ut mundum, & tristia corda levet.

32. Ea-

32.

Eadem Dominic.

Spiritus accusat triplici de crimine mundum,
Solaturq; pios; Regnum ita dispar habet.

33.

Adhuc.

Quandò quis arguitur de crimine, noverit esse
Non opus hoc hominis, Flamini esse sacri.
Quem Christus misit, de crimine ut arguat or-
bem;

Et de justitia, iudicioq; simul.

Ergò sacerdotis taxantis crimina vocem,
Non aliter, quàm si Flamini hæc sit, habe.
Et vitam in melius mutare memento; parata
In Christo vera est sic tibi justitia.

34.

Adhuc.

Spiritus & docet; & solatur, & arguit orbem,
Officio hoc triplici gratius esse nequit.

35.

Adhuc.

Summum est peccatum, Christo non credere
velle,

Summa est in Christum credere justitia.

36.

Dominica Vocem jucunditatis.

d 5

Qui

Qui rogat in Christi cœlestem nomine Patrem,
Cuncta feret; firma si roget hunc cœ fide.

37.

Ead. Dominicâ.

Qui cupit audiri quæ fundit vota precando,
Fundere is ad summum vota memento Pa-
trem:

Fundat & in Christi, quæ fundit, nomine vota,
Vota simul fundat non dubitante fide.

Vota ea sunt summo certò exaudita Parenti.
Quid dubitas? Christus jurat ea esse rata.

38.

Adhuc. Ex verb. Augustin.

Est clavis cœli fervens oratio iusti,
Scandit ut illa polum, gratia ita indè redit.

39.

Ex verbis S. Jacobi, cap. 5.

Quòd verè cœli sit iusti oratio clavis,
Exemplo Helix certior esse potes.
Hic precibus cœlum claudit, cœlumq; recludit,

Dum sistit pluvias, hasq; redire facit.

40.

Adhuc.

Ne tua vota abeant in ventos; nomine Christi
Hæc fiant; Christi in nomine cuncta feres.

41. Fe

41.

Festo Ascensionis Domini.

Ascendit cœlum, descenderat undè, Redemptor,
 Descenditq; ut eò scandere nos faciat.

42.

Eodem festo.

Qui nostrî causâ cœlo descendit Iesus,
 Ascendit nostrî causa iterum ille polum.
 Descendit cœlo ut nostram reparare salutem,
 Ascendit cœlum sic referare polum.

43.

Adhuc.

Jubila festa sonent, date plausus, buccina clangat;

Cum spolijs victor Christus ad astra redit.

Mors fera, Daemon atrox, inferni triste Barathrum,

Victoris valido sub pede vincula jacent.

Dicat iò pius omnis. Ubi tua spicula sunt Mors?

Daemon ubi tua vis? vincula ubi, Orce, tua?

Gratia Victori, Victori gloria Christo:

Qui vos sub pedibus scandit ad astra premens.

44.

Adhuc.

Ex verbis B. Leonis.

d 6

Si

Si Christus caput est nostrum, Cœlosq; petivit;
Illius & nosmet membra remur eo.

Membrorum & Capitis facit hoc cognatio, spes
hæc

Certa manet: Christi si modò membra su-
mus.

45.

Aliter.

Gloria quò capitis præcessit, membra sequen-
tur:

In cœlo est caput, id membranè linquet hu-
mo?

46.

Dominica Exaudi.

Spiritus à Christo promittitur adfore sanctus,
Qui levet adflatu pectora mœsta suo.

Et quantum hóc habeant opus, indicat, omnia
quandò

Tristia prædicat, quæ toleranda piis.

47.

Eadem Dominicâ, aliter.

Tristia discipulis prædicat plurima Christus,
Flagra, cruces, gladios, exsilia atq; neces.

Hisq; sacrum contra hæc promittit tristia Fla-
men,

Quod validè in cunctis recreet hos cœ malis.

48. Ad-

48.

Adhuc.

De Christo quotquot testantur in orbe fideles,
 Esse parata sibi tristia multa putent.
 Sic tamen à sancto ut solamen | Flamme spe-
 rent;
 Christus eis quod se mittere velle refert.

49.

Eadem Dominic. ad Jesum.

Parvulus in mundo grex qui tibi fidit, Iesu,
 Cogitur innumeris subditus esse malis.
 Namq; modò gladios, modò vincula, flumina,
 flammæ,
 Cogitur, & si quid tristius hiscè, pati;
 Te propter, nomenq; tuum. Da fortiter isthæc
 Cuncta ferat, fultus robore ubiq; tuo.
 Et sacri adjutus, per te, Spiraminis aurâ,
 Gaudeat in mediis victor overq; malis.

50.

Ex verbis S. Cypriani.

Veri adfertorem poterit vincire Tyrannus:
 Veri adfertorem vincere nemo potest.

51.

Aliter.

Vinciri adfertor veri pote, non poti vinci:
 Quia media hic inter vincula victor ovat.

d 7

52. Ex

52.

Ex verbis B. Anselmi.

Contra nos totus quid si insurrexerit orbis,
 Tormentisq; paret nos c. uciare suis?
 Quando pro nobis est, per quem conditus orbis:
 Et qui tandem orbem hunc in nihilum redi-
 get.

53.

Festo Pentecostes. Fe-
 ria. I.

Spiritus alme, piâ accendis qui pectora flammâ,
 Solus & illa vales vivâ animare fide.
 Huc ades & nostri frigus quoq; discute cordis,
 Ut flammæ caleat jugiter igne tuæ.
 Quâ te, qua Patrem, Natum qua Patris Iësum
 Ardeat; & nunquam desinat iste calor.
 Da simul, ut calor hic sese diffundat ad omnes,
 Qui te, qui Christum, cum Patre, amore
 colunt.
 Nostra animato etiâ vivâ rogo pectora, Christi
 Quæ morte ac merito sit solidata, fide.
 His ego si potiar; si flammâ accendar amoris,
 Et fidei, per te, spiritus alme, beor.

54.

Eadem feria.

Christe tui in nobis accende precamur amorem,
 Dignetur Pater ut nos redamare tuus.

55. Ad

55.

Adhuc. Joh. 14.

Sunt duo, quæ Christus tertis abiturus ad astra,
est

Pollicitus famulis se dare velle suis.

Nempè sacri toties promissi gratia Flatûs;

Veraq; Pax, cunctis anteferenda bonis.

O quoq; participem doni me utriusq; fac hujus,
Christe, ita nil curo totius orbis opes.

56.

Adhuc.

Quisquis amat Christum, Christi quoq; servec
oportet

Verba; ita se Christum verè ut amare probet.

Hunc summus redamat Pater, & gratissimus
hospes

Vult in amatoris corde habitare suû.

Quisquis es, hinc Jesum superomnia dilige,
summus

Te Deus ut redamet, corde habitetq; tuo.

Nam quid abesse boni possit, quid obesse malo;
rum,

Si te qui fecit, tecum habitare velit?

57.

Adhuc. Ex verb. B. Gregorij.

Tanto quis magis à summo disjunctus amore
est,

Quanto diligit hæc inferiora magis.

58. Ad-

58.

Adhuc. Ad Spiritum S. Dieb.
Litaniarum.

Spiritus alme, pio qui corda calefcere motu
Efficis, & rectè fundere vota doces.
Te precor, ô, nostro præfens illabere cordi,
Idq; ad vota ignis flammâ animato tui:
Quò Patrem toto per Christum ita corde roge-
mus,

Ut pronâ nostras hauriat aure preces.
Cum suspiramus, Tu adspira fortiter, atq;
Nobiscum, in nobis ingemina, Abba Pater.
Sic cœli nubes penetrabunt vota, & ad ipsum
Pertingent summi Cor Patris usq; preces.

59.

Feria II. Pentecost.

Dat Natum DEUS in mortem pro crimine
mundi:

Ut, qui credit, homo scandat ad astra poli.

60.

Eadem feria.

Quanto hominum summus teneatur amore fa-
luis,

Testatum fecit fatq; superq; Deus.

Unigenam in mortem voluit quod tradere Na-
tum,

Ne miser æternâ morte periret homo.

NOS

Non dubitante fide is modò complectatur Ie-
sum,

Atq; hujus studeat jussa sacrata sequi.

Inq; fide & studio hoc summam perduret ad ho-
ram,

Auxilium Flatu suppeditante sacro.

In tribus his nostræ versatur cura salutis,

In Nato, à Patre, quam quisq; fidelis habet.

61.

Adhuc.

Miretur Cœli, mirentur terra, stupeant

Angeli; & in Cœlo quod viget atq; solo.

Nempè Patris stupeant summi & mirentur
amorem,

Complexus miserum quo genus est hominū.

Inq; sui signum his sobolem demisit amoris

Cœlitus, inq; necem tradidit unigenam.

E nece liber homo ut superas evadat ad arces,

Tempora ubi æternæ læta quietis agat.

Hunc qui non stupet, hunc qui non miratur
amorem:

Non homo sed pecus est, non pecus est, lapis
est.

62.

Feria III. Pentecost.

Ianitor est Flatus sacer: Est Ecclesia ovile,

Christus Porta, ovis est quisq; fidelis homo.

Qui

Qui non per Portam hanc intrat, nec Janitor
illi

Pandit eam, latro est, furq; , ovibusq; novet.

63.

Eadem feria, ad Christum.

Quot fures ovibus, quot ovili extrema minen-
tur

Latrones; Num te, Christe, latere potest?

Non reor. Es Pastor siquidem qui cuncta tueris,

Ad dextram summi coelica in arce Patris.

Et simul in terris praesens ades; ergo Latrones

Pelle tot., & fures tot procul esse jube.

Ne noceant ovibus! ne subvertatur ovile:

Hos nisi, Christe, fuges, nemo fugare valet.

64.

Adhuc. Ad S. Sanctum.

Janitor alme, mihi sit janua ovilis aperta;

Intrem ut, & ingresso clausa sit illa precor.

Namq; latro insequitur me, me lupo ore ceu-
ento

Appetit: effugio nec patet ulla via.

Janua nî pateat sacri mihi ovilis; id intrem

Si modò, nil fur, nil latro nocere potest.

65.

Festo S. S. Trinitatis.

Et Pater, & Patris soboles, & spiritus almus,

Sunt benedicta Trias, & veneranda Monas.

66. Eo-

66.

Eodem festo.

Natus homo, est damnatus homo, nisi deinde
renatus

Fonte sacro, & Flatûs sit renovatus ope.

67.

Adhuc.

Nemo petit cœlum, sacro nisi fonte renatus;
Ex Christi merito, sola ea ad astra via est.

68.

Adhuc.

Sanavit velut adspectus serpentis aheni
Vulnera serpentum, quæ paritura necem.
Sic Stygius nobis quæ fecit vulnera serpens,
Sanantur Christi non nisi vulneribus.

69.

Adhuc.

Serpentis contra Stygij mortale venenum,
In solâ Christi est certa medela cruce.
Huc oculosq; animumq; refer, quicumq; vene-
num

Pestiferum contra discupis antidotum.

70.

Dominica I. Trinitatis.

Lazarus est Christo, non Helluo nomine notus,
Sic licet hic Christo notus & ille satis.

In

IN VITÆ LIBRO scriptus quia Lazarus extat,
Mentio damnati est divitis indè procul.

71

Ead. Dominica.

Lazarus imus erat, locuples erat helluo primus,
Quandò erat hic felix, alter in orbe miser.
Lazarus at primus fit, & helluo redditur imus,
Cum fato functi deseruere solum.
Lazarus in Cœlo siquidem post funera gaudet,
Helluo Tartareo sub Phlegetonte gemit.

72.

Adhuc.

Dives habet cœlum in terris, sed pauper Aver-
num,
Pòst pauper cœlum, Tartara dives habet.
Quæ Metamorphosis? Quia Numen pauper
amabat,
Contemptor summi Numinis alter erat.

73.

Adhuc. Dialogismus.

Esse bonis benè si decet, atq; malis malè; quare
Lazarus hîc malè habet? Cur benè dives ha-
bet?
R. Crede mihi, arbitrio summi fit Numinis, ut
fit
Sæpè bonis malè; sit sæpè malisq; benè.
Quan-

Quando bonis malè fit, probat hos Deus, atq;
probatis

In cœlo confert, post mala, vera bona.

Quando malis benè fit, vocat hos Deus, ut resi-
piscant;

Ni faciant, reddit, post bona, summa mala.

74.

Dominica 2. Trinitatis.

Fercula divinæ noli contemnere Cœnæ,
Christus ubi est hospes, Christus ubi ipse
cibus.

Sed rupta te siste morâ, satureris ut escâ;

Quâ si non satures, perderis esurie.

75.

Ead. Dominicâ.

Ad sacræ Deus invitat nos fercula cœnæ,
Vera ubi edenda salus, atq; bibenda datur
In Christi merito. Sed bos, villa, atq; marita,
Ne veniant, multos præpediisse solent.

Quos æterna fames manet, & sitis: Ergo venire
Ne differ; Cordi est si tibi vera salus.

76.

Ead. Dominic.

Non semel ad cœnam sed terq; quaterq; voca-
mur,

Quin quoq; compelli nos Deus ipse jubet.

Quod

Quod verè is faveat nostræ, patet indè, salutis
 Quod nos post alios ipse vocare jubet.

77.

Adhuc.

Quid stas? quid mensam cunctaris adire para-
 tam?

Villa, marita, boves hanc quid adire vetant?
 COENA est, quæ tibi nunc offertur gratia
 Christi,

Post hanc an alias scis superesse dapes?
 Falleris. Esuries superest æterna, sitisq;.

Cœlestes igitur quære, morâ absq;, cibos.

77.

Adhuc.

Nos Deus ad sacræ vocat omnes fercula cœnæ,
 Sunt pauci rata qui verba vocantis habent.

Cur igitur pauci salventur quærere noli?

Et plures, noli quærere, cur pereant.

Ista vocatorum culpa est, non culpa vocantis;
 Imputet interitum quisq; sibi ergò suum.

78.

Dominic. 3. Trinitat.

Conversis veniam dat Christus, mussat Apella,
 Mellæ quoniam nescit is officium.

79.

Eadem Dominic.

Perdi-

Perdita ovis sum, nec per me scio, Christe, re-
verri,

Tu nisi me quæras, restituasq; gregi.

80.

Adhuc.

Per se quæ perijt, per se errabunda reverti
Nescit ovis: Pastornî revocare velit.

Talis ego! per me facilè erro, vagorq; , redire
Per me sed nequeo, tu nisi, Christe, juves.

81.

Adhuc.

Perdita, Christe, bidens ego sum, sum perdita
drachma,

Prodigus & vivâ est natus imago mei.

Namq; pater dederat mihi quæ bona, dilapidavi:

Nudus, inops pereo nunc miser elurie.

Tu nisi me quæris, nisi tu me, Christe, receptas,

Tu nisi me vestis nudum, inopemq; cibas.

82.

Dominica 4. Trinitatis.

Ut summum nostri miseret, poli in arce, Pa-
vorem,

In terra fratris sic miserere tui.

Degener est, nothus est, quisquis miserescere
nescit,

Quem miseret soboles est genuina D E I.

83. Ead.

83.

Ead. Dominicâ.

Sapè trabem proprio nequeunt qui cernere
grandem,

Festucam fratris carpere amant oculo.
Tu potius reprehende tuos, & corrige navos,
Carpere quàm Censor facta aliena velis.

84.

Adhuc.

Non Lynx, non serpens Epidauri ita cernit acu-
tum,

Quàm tu cum fratris crimina parva notas.
Sed nec cœcuit sic lippus, talpave, quàm tu,
Si sceleris debes facta notare tui.

85.

Dominica s. Trinitatis.

Confluit ad Christum populus, docet hunc cœ-
Redemptor

E navi, & multo retia pisce replet.
Ut stupet hoc factum Petrus, socij; vocantur,
Verriculo ut verbi pòst capiant homines.

86.

Ead. Dominic.

Rete Petrus noctu laxans, non proficit hilum,
In Christi id laxans nomine, multa capit.
Tu quoq; ne scelerum noctu tua retia laxa;
Sed Christi ad monitum; & præmia larga fe-

res.

87. Ad-

87.

Adhuc.

Si tibi divini sit cura potissima verbi:
Ad vitam dabit hanc larga alimenta Deus.

88.

Adhuc.

Si quid es acturus, quod agi feliciter optas,
In Christi, ad votum, id nomine perficies.

89.

Dominica 6. Trinitat.

Ponderat unius si quis peccata diei,
Non justum meritis se videt esse suis.

90.

Ead. Dominic.

Dextera non tantum peccat, sed cordis & ira;
Torvior & vultus, livida lingua simul.
Non minus ergo iram fræna, linguamq; proter-

vam,
Quam dextram, faciant ne simul ista reum.

91.

Ead. Dominic.

Non meritis me posse meis scio, Christe, beari,
Salvari meritis me scio posse tuis.
Ergo tuis nitar meritis da, corde fideli,
Et fugiam meritis quid tribuisse meis.

§

Ad]

92.

Adhuc.

Læfisti quemquam? læsum roga ut hocce remittat,

Es læsus? fratri spontè remitte tuo.

93.

Adhuc. Ex verb. S. Bernhardi.

Posce humilis veniam, si quemquam læseris, & tu
Qui læsus, facilis sis, velut ille humilis.

94.

Adhuc.

Non tua vota placent, neq; cætera sacra Jehovæ,
Si contra fratrem in corde fit ira tuo.

Iram odiumq; igitur de pectore pelle, priusquam
Sacra facis: Si vis, ut Deus ista probet.

95.

Dominica 7. Trinitatis.

Bis duo septeno saturavit millia panem

Christus, & esse super fragmina plura dedit,
Ut discas, quod adhuc paucis queat hosce cibare,
Queis prima est animæ quærere cura cibum.

96.

Eadem Dominica.

Qui Christum sequitur, verbiq; ante omnia
pastum

Expetit; hunc nanquam Christus egere finit.

Exem-

Exemplo est populus Christū in deserta secutus,
 Verbo animam posset quo saturare suam.
 Nam cibatur verbo primum, post corporis
 escā,
 Sicq; sinit saturum Christus abire domum.

97.

Adhuc.

Quisquis eges premerisque fame, cor respice
 Christi,

Protinus, & largæ respice dona manūs.
 Mite cor est Christi, cito quod miseretur egeni,
 Et parat huic ultrò ferre potenter opem.
 Larga etiam manus est, non abbreviataq; Christi
 Quâ dare plura potest, quâ petere aufit homo.

98.

Adhuc.

Bis duo qui paucis saturasti millia, Jesu,
 Parce etiam largâ meq; meosq; manu.

99.

Dominica 8. Trinitatis.

Quemq; jubet Christus falsos vitare Prophetas,
 Qui cælant ovium pelle venena lupi.
 Quin vitare simul quoque mandat hypocrisin
 omnem,

Qua quis vult dici, non tamen esse, pius.
 Ergò vide, ne sis foliis tantummodò ut arbor
 Pulchra, sed & fructus ferre studeto probos.

e 2

Ead.

100.

Ead. Dominica.

Quot falsi, Jesu, serpunt hinc inde Prophetæ,
 Qui sub pelle ovium corda lupina tegunt:
 Sicq; tegunt, ut non facilè hos quis noscere possit,

Tu nisi, qui renes, cordaq;, Christe, vides.
 Te precor hos longè nostris à finibus arce;
 Da fidosq; tuis, Christe, duces ovibus,

101.

Adhuc.

Voce nihil sola est Dominum quod dicis Iesum;
 Si non conspirant vitaq; voxq; tua.

102.

Dominica 9. Trinit.

Villicus es, ratio est reddenda aliquando Jehove;
 Ergò vide ut possis villicus esse probus.

103.

Ead. Dominic.

Cum sis Oeconomus, concessis utere rebus
 Sic, reddi ut ratio cras hodiève queat.
 Injusto imprimis tibi fac de Mammonè amicos,
 Postmodò in ætherea sit tibi ut arce locus.

104.

Adhuc. Ad Christum J.

Oeconomus sum, Christe, tibi. Namq; omnia,
 magna

Parvaq;, quæ teneo, non mea sed tua sunt.

Unde

Vnde tibi ratio est reddenda. Ah strictius hanc si
Exigis, officii pro ratione mei;
Amplius hoc fungi mereor minus, abdicar ergò;
Nec scio, quid, Spartâ hac quando remotus,
agam.

Nam fodere haut valeo. Meritis nihil impetro;
majus
Neglectum siquidem est, quam meritum o-
mne, bonum.

Tr. tico inest, oleo que tuo, ditissime Jesu,
Me miserum atque reum quod juvet, atque
beet.

Indè fide res aucta mea est. Habitacula cœli
Confido hinc, per te, Christe, patere mihi.

105.

Dominica 10. Trinit.

Funera flet Solymæ Christus, sacrâ institor æde
Exigitur, Soli sint sacra templa DEO.

106.

Aliter.

Fata canit Solymæ lacrymans Servator, & æde
Expellit, merces vendere ibi solitos.
Quando legis lachrymas, lachrymis tua crimi-
na defle,
Et tua fac Christo templaq; corq; sacres,

107.

Lachrymæ Christi.

e 3

Quæ

Quæ nequeunt lachrymis mollescere pectora
Christi:

Quod sint dura magis duro Adamante patet.

108.

Adhuc.

O lachrymæ flentis, lachrymæ ô miserentis Iesu,
Imbuite hoc pectus, compluite hanc animam;
Et flumen lachrymarum hinc elicitote peremæ,
Flumen amarissapæ mistum aloes calice.

Ut fleam, & usque fleam tot tantaque crimina,
quæ te

In fletum & dirum, Christe, dedere necem.

At nil flere meum est, liquar licet omnis in udas,
Sum quantus, lachrymas, inq; salem inque
aloen.

Unica gutta tui morientis, Christe, cruoris
Præstat id, innumeræ quod nequeunt lachry-
mæ.

109.

Dominic. II. Trinitatis.

Ante Deum meritis homo qui se tollit in altum
Ipse suis; lapsu mox graviore ruit.

Ante Deum contra miser ille levatur in altum,
Qui sua demisso crimina corde gemit.

110.

Eadem Dominica.

Corde

Corde nefas qui flet contrito, justus habetur;
 Injustus, meritis qui tumet ante Deum.
 Exemplo ostendit Pharisæus id, atq; Telones:
 Nam justum hunc censet Christus, eumque
 minus.

III.

Quid merita efficiunt tua te, Pharisæe, superbū;
 Cor tritum Christi gratia quando beat?

II2.

Ad JESUM.

Ad penetrale tuum propero, mitissime Jesu,
 Ut properemque adigunt crimina me miserum.

Sed procul esse jubent simul hæc. Accedere namque

Ad sanctum propius me penetrale vetant.
 Eminus ergo oculos tua ad hæc sacraria tollo,
 Permittar quamvis tollere vix oculos.

Sic peccata gravant mea me, quæ mergere abyflo
 Inferni hos magè, quàm tollere ad astra jubent.

Inde gemens trepidusque manu mea pectora
 tundo,

Namq; omnis fomes sunt ea fonsq; mali.
 Atq; utinam possem hæc sic tundere, rota ut in
 ægros

Diffluerent gemitus, in lachrymasq; meras.

e 4

Egere-

Egererem gemitu hoc donec lachrymisq; , quod
intus

Hoc torquet supra Cor cruciatq; modum.
Sed licet hoc fieret: lachrymarum nulla levarent
Flumina cor tamē hoc, vel paria Oceano.
Tu nisi, Christe, juves; tua me nisi gratia salvet,
Nā mea sint merito crimina tecta tuo.

113.

Dominica 12. Trinit.

Elinguem sanat verbo surdumq; Redemptor,
Plebs stupet, & pleno tantum opus ore canit.

114.

Ead. Dominica.

Auditum surdo voluisti reddere; muto
Amissum linguæ reddere, Christe, sonum.
Heu, quot adhuc Satanas obstruxit pessimus au-
res?

Mutaque quot fecit pessimus ora Draco?
Nemo potest, nisi tu, defectibus hisce mederi,
Christe, ergo has aures oraq; solve precor.

115.

Adhuc. Ex verb. Bedæ.

Ut surdum Christus vidit mutumq; , levatis
In cælos oculis, altiùs ingemuit.
In nostris gemere ut morbisq; malisq; doceret,
Nos quoque, & ætherii poscere Patris opem.

116.

Adhuc.

Qui

Qui fecit benè cuncta, facit benè cuncta, simulq;
Cuncta benè hîc faciet, cœli & in arce benè.

117.

Dominic. 13. Trinitatis.

Qui Christum videt, & Christi verba auribus
haurit,

Ac fido hæc recipit corde, beatus homo est.

118.

Ead. Dominic.

Proximus est quicumque tuæ est operæ indigus,
ergò

Præsta huic, præstari quod cupis ipse tibi.

119.

Adhuc.

Prima Deum, lex est, ut ames super omnia, fra-
trem.

Altera lex mandat, Te velut ipsum, ut ames.

120.

Adhuc.

Vulnera Seminecis Levita adit atque Sacerdos,

Sed neuter curat vulnera Seminecis.

Solus opem misero præstat Samarita jacenti,

Et vino atque oleo vulnera facta ligat.

Vulnera peccati pote lex ita nostra notare,

Atque ea quid mereant Cæsa docere bidens.

Non tamen hæc sanat vel lex, vel victima; solus

Fert Samarita suo sanguine Christus opem.

c 5

Ad-

121.

Adhuc.

Vino, oleoq; tuo, Jesu, mea vulnera sana :
Sana ea te præter reddere nemo potest.

122.

Dominica 14. Trinitatis.

Leprosos sanat verbo bis quinq; Redemptor,
Sed grates de bis quinq; modò unus agit.
Nos à peccati leprâ quoq; mundat Iesus,
Vix illi grates unus & alter agunt.

123.

Aliter.

Labe decem lepræ mundantur, vix tamen unus,
Qui medico grates postmodò solvat, adest.
Nos decies Jesus juvat, immò & sæpius : At quis
Huic verè gratum se probat esse semel ?

124.

Ead. Dominica.

Nulla velut Lepræ vitio valet herba mederi :
Lepram ita peccati tollere nemo potest,
Te præter, Jesu, medicorum maxime, ab omni
Tu nos purpureo sorde cruore lavas.
Criminis à leprâ tuus ergò sanguis Iesu,
Me lavet, & grates da tibi mundus agam;

125.

Dominica 15. Trinitatis.

Nostra

Nostra minus binas admittunt pectora curas;
 Quid curas nummos, si tibi cura Deus?

126.

Eadem Dominica.

Vis servire Deo, Mammonæ desere cultum,
 Nam binis servus non placet unus heris.

127.

Gramina' qui vestit; volucris qui pabula præstat,
 Non escam & vestes det tibi, detq; tuis?

128.

Adhuc.

Multorum obsedit Mammonæ pectora cura:
 Et curam veri propulit inde Dei.

Qui tamen & summi nihilominus esse Jehovæ
 Schemate cultores exteriore volunt.

Sed frustra: Dominis quoniam servire duobus,
 Obsequia ut præstet debita, nemo potest.

Da servire tibi mihi sit, Deus, unica cura;

Præcipue & regni quærere jura tui.

Cætera sic, vitæ quæ postulat usus & esus,

Adjicies curâ, conditor alme, tua.

129.

Dominica 16. Trinit.

Eluculo juvenem Christus verbo excitat unus

Sic Dominum vitæ se docet atq; necis.

c 6

Et tumu-

E tumulo sic nos verbo revocabit is uno,
Cum veniet iudex coelica ab arce redux.

130.

Eadem Dominica.

Victorem mortis Christus, vitæq; datorem
Se juvenem è tumba ut suscitatur, esse probat.
Quid mortem ergò times? vitæq; quid angere
curâ?
Christus & in vita & morte juvare potest.

131.

Adhuc.

Mors fera, quid dentes acuis? quid spicula tor-
ques?
Qui Domino fidit, nil tua tela timer.
Hic siquidem è mediis prædam tibi dentibus
auffert,
E loculo juvenem surgere quando jubet.

132.

Dominic. 17. Trinit.

Languorem Christus sanavit Sabbatho aquo-
sum,
Sacra tamen non est sic violata dies.
Si benè quid facias, quod sit fecisse necesse,
Quodq; jubet fieri proximi amore Deus.
Sabbatha non violas. Prætextu sed tamen isto
Ne facias, quæ non sunt facienda, vide.

Ead.

133.

Ead. Dominic.

Luce sacra, Jesu, sanasti intercutis agrum,
Sana animam sacrâ sic quoq; luce meam.

134.

Adhuc.

Sabbatha qui colit hîc, aget is quoque Sabbatha
cælo:

Qui violat, cæli à Sabbatho is exsul erit.

135.

Adhuc.

Quid factus, nisi hydrops? tumor est læthalis u-
trique;

Ut necat huic corpus, sic necat illi animum.

136.

Dominica 18. Trinit.

Toto corde Deum lex prima requirit amare;

Altera vult, ut se, proximum amare suum.

Utraq; lex verbis brevis est, at pondere major

Utraque, quàm possit perficere ullus homo:

Si Christum excipias, hominemq; Deumq; per
ipsum

Nam legi factum constat utrique satis.

137.

Ead. Dominic.

Quærendo frustra satagis confundere Christum,

Confusum is potius te, Pharisæe, facit.

e 7

Ad-

138.

Adhuc.

Christum Davidis natum Pharisæe fateris,
 Cur non Davidis credis eum & Dominum?
 Nempe putas nudum hunc hominem; natumq;
 Jehovahæ
 Non credis. Christi hinc cognitione cares.

139.

Adhuc.

Non satis est summam legis novisse, salutem
 Nam dare lex nulli, sic riget illa, valet.
 Sed simul est opus, ut Christum quis noverit,
 in quo
 Justitiam, quam lex stricta requirit, habet.

140.

Dominica 19. Trinit.

Noxia sunt summè duo; Morbi, & crimina,
 Christus
 Et morbos contra & crimina præstat opem.
 Condonat siquidem membris peccata soluto:
 Et simul à morbo liberum abire facit.

141.

Ead. Dominica.

Corporis atq; animæ morbi, sunt mortis origo
 Disparis, æternæ, temporeæq; simul.
 Suscipe morbi animæ quocirca ante omnia cu-
 ram;
 Morbus is æternæ ne sit origo necis.

Adhuc.

142.

Adhuc.

Morborum causas si vis, methodumq; medendi

Discere, non medicos consuluisse opus est.

Hippocrate hæc melius Christus docet atque

Galeno,

Dum curat membris qui resolutus erat.

Huic siquidẽ quando primũ peccata remittit,

Peccatum morbi quod sit origo docet.

Post sanans hunc, cui peccata remiserat antè:

Quod sit causa, docet, morbi abolenda prius;

Quam morbum cures. Igitur peccata remitti

Quære prius; morbo liber ut esse queas.

143.

Votum.

Christe, animæ morbum peccata remitte ge-
menti;

Corporis & morbos, si placet, inde fuga.

144.

Dominica 20. Trinitatis.

Regia mensa dapes convivis largiter offert

Omnibus. Has igitur quisq; vocatus adi.

Nec mora sit. Quid te tua rura, negotia quid te,

Ne venias, tardant cætera? rumpe moras.

Rumpe moras, cultuq; veni conviva decoro,

Ne Rex te jubeat sordidum abire foràs.

Ead.

145.

Ead. Dominic.

Gratia quanta Dei est, tanta est incuria Mundi,
 Is vocat, hic festas spernit adire dapes.
 Sunt quoque qui veriunt immunda veste, jubentur

Qui dari in extremas præcipites tenebras.
 Indè patet quare plures damnentur in orbe;
 Quisq; suæ culpam perditionis habet.

146.

Adhuc.

Sponsus rex regum est, Ecclesia sponsa, dapesq;
 Vox Evangelii; quilibet hospes homo.
 Vestis pulchra fides; & sordida hypocrisis: hora
 Qua decet has epulas visere, quæque dies.
 Qui servus vocat ad mensam Mystra est sacer;
 hujus

Convivam verbis te vocat ipse Deus.
 Ergò veni; nec te mundana negotia tardent,
 Fercula sunt cunctis hæc potiora bonis.

147.

Adhuc.

Pulchra, decens sponsi vestis convivia Christi,
 Est hujus merito & sanguine nixa fides.
 Hac si veste venis, quamvis sis nudus, egensq;
 Non te hospes Christo gratior esse potest.

Do-

148.

Dominica 21. Trinitatis.

Supplicat ægroto pro nato Satrapa Christo;
Absentem hic verbo febre carere jubet.

149.

Ead. Dominica.

Regulus ad Christum, nato ægrotante, profectus,
Obsecrat hunc, ægrum ut febre levare velit.
Quem primò objurgat Servator, mox juvat, uno
Dum verbo absenti fert miseratus opem.

150.

Adhuc.

Non signis niti, sed Christo fidere debet,
Et dubitare nihil, qui rogat hujus opem.

151.

Adhuc.

Parva fides Satrapæ fuit, ut præscribere Christo
Momentum voluit temporis, atque modum,
Quo confictanti nato cum febre medelam
Ferret, & hunc coràm viseret absq; morâ.
Aucta fides tamen est ea, verbo credere Christi
Cum rota voluit Satrapa quandò domo.
Tu quoque si tua parva fides, age nitere Christi
Verbo, & erit, modò quæ parva erat, ampla
fides.

Ad

152.

Ad Jesum:

Pro filia lethaliter ægrotante.

Ecce gravi afflicta est, Jesu, mea filia morbo!
 Res desperata est, tu nisi, Christe, juvas.
 Spem medicus modicam fecit. Si confero vires
 Cum morbo nata, spes mihi nulla super.
 At si, Christe, tuas vires considero, magna
 Fit mihi spes, immò est maxima, Christe, mihi.
 Credentis Satrapæ tu sanum reddis alumnum,
 Fers etiam servo Centurionis opem,
 Pro servo ut Domini, pro nato ut vota parentis
 Exaudis, firmans sic utriusq; fidem.
 Est eadem tibi vis, eadem tibi, Christe, potestas,
 Et simul est in nos par miserentis amor.
 Ergò mei exaudi pro nata vota precantis,
 Hasq; preces calidas esse jubè validas.
 Quodq; potes, morbi vires infringe ferocis,
 Quia & eum procul hinc, quod potes, esse
 jube.
 Da menti redeant vires, da corpori & ille
 Atq; fibris redeat, qui fuit antè, vigor.
 Nil præscribo tamen medico tibi, Christe, sed
 ultrò,
 Ceu decet, arbitrio cuncta relinquo tuo.
 Da, valeat, Jesu, si vis mea filia: si non
 Morte fac ut placida migret ad astra precor.
 Domi-

153.

Dominica 22. Trinitatis.

Mille talenta tibi decies ego debeo, Jesu,
 Solvere nec miser, heu, debita tanta queo.
 Me quamvis vendam, mea quamvis omnia ven-
 dam,

Nil est: Cum tua jam sint mea, simq; tuus.
 Gratia me nisi, Christe, beet tua; debita gratis
 Condonans, misero est spes mihi nulla super.

154.

Adhuc.

Cum peccata roges quavis tibi luce remitti;
 Conseruo praestes, qui tibi peccat, idem.

155.

Aliter.

Debita si non vis sua pauca remittere fratri,
 Nec tua condonat debita multa Deus.

156.

Dominica 23. Trinitat.

Sunt Deus & Cæsar tibi numina bina colenda;
 Sic tamen ut reddas unicuiq; suum.

Corq; Fidemq; Deo, cum Religionis amore
 Redde, quia hæc debet Cæsar & ipse Deo.

Cætera, ceu Censuræ, subjectio, honorque, pre-
 cesque

Sunt, quæ solvantur debita Cæsaribus.

Ad.

157.

Adhuc.

Jura Magistratus non tollunt jura Jehovahæ,
 Pareat his, illis pareat omnis homo,
 Sic tamen ut summo nôrit parére Jehovahæ,
 Ipse Magistratus jus habet unde suum.

158.

Adhuc.

Maxima de dando Pharisæis quæstio censu,
 De Christo exhibito quæstio nulla fuit.
 Sic fit adhuc, Hominum de nummis quæstio pri-
 ma est:
 Quæstio de Christo, deq; salute, minor.

159.

Dominica 24. Trinit.

Sanguinis à fluxu sanatur fœmina; Christi
 Cum dextrâ tangit pallia, corq; fide.
 In vitamq; redit Primatis filia. Christus
 Et morbi & mortis vincere jura valet.

160.

Eadem Dominic.

Sana fit è vestis Christi muliercula tactu;
 Et Christi in vitam voce puella redit.
 Hinc patet, is Dominus quod sit vitæq; necisq;
 Et queat omnipotens omne fugare malum.

161.

Adhuc.

Tollere

Tollere scit morbos, scit mortē pellere Christus;
Non queat in reliquis ille juvare malis?

162.

Ex verb. Chrysofomi.

Si vestem Christi contingere fœminæ ad instar
Expetis, ut fias sanus & indè, parum est.
Cum tibi se totum contingere præbeat ipse,
Te suo ubi potat sanguine carne cibat.
Redderis hoc animâ saluus potuq; ciboq;
Si tantis dignè nempè fruare bonis.

163.

Dominica 25. Trinitatis.

Prædicat Christus Solymæ mundiq; ruinam;
Seq; monet rectè ut quisq; ad utramq; paret.

164.

Eadem Dominic.

Christus Olivarum de monte ubi prospicit ur-
bem,

Mox, quod eam maneat certa ruina, docet.
Signa etiam prodit prænuncia, quandò futurum
Exscidium hoc. Mundi hinc prodit & exsci-
dium.

Insuper accclerare fugam monet ista videntes;
Involveri si non quis velit hisce malis.

165.

Aliter.

Occu-

Occupet incautos mundi ne fortè ruina,
 Ut laqueus volucres occupat improvidas:
 Signa sui voluit reditus prædicere Christus,
 Qui cælo rapidi fulguris instar erit.
 Quò se maturè studeat componere quisque,
 Ut latum possit tollere ad astra caput.

166.

Adhuc. Luc. 19.

O Solyme, quæ te cœpit dementia, Christi
 Tot monita in ventos quod finis ire leves?
 Nec Christi lachrymas, & verba minantia tantis
 Ipsa tua ut velles crimina flere, facis.
 Mox erit illa dies, qua tristia funera flebis,
 Fataq; ceu merita es, non habitura modum.

167.

Dominica 26. Trinitatis.

Sum tibi ovis, Jesu, fac ovis maneam tibi, Jesu;
 Ad dextram ut summâ sit mihi luce locus.

168.

Eadem Dominica.

Est propè summa dies, qua judicis ante tribunal
 Sistemur: quivis se paret ergò opus est.
 Omnibus est ratio siquidem reddenda, nec ulli
 Aut locus aut tempus tunc erit effugii.

Ad Je-

169.

Ad Jesum.

Agne Dei, Jesu, qui nos, esse mus ut agni,
 Crimina lavisti sanguine nostra tuo,
 Te precor, ad dextram quando positurus es
 agnos,

Hos inter positus sim simul agnus ego.

170.

E textu Epistolico, 2. Petr. 3.

Primus ubi Veneris, foedaq; libidinis igne
 Flagravit mundus, Diluvio interiit.
 Nempe ita conveniens erat, ut restingveret
 ignem.

Unda, & in ultrici flamma periret aqua.
 Nunc ubi refrixit pietas, ubi pectora frigus
 Occupat, & toto regnat in orbe gelu;
 Convenit, ut flammis argentem puniat orbem,
 Atq; igni faciat cuncta perire Deus.

171.

Domin. 27. Trinit. Matth. 25.

Dormitum satis est, vigilate, ad fundite olivum
 Lampadibus fidei; pergite sponsus adest.

172.

Aliter.

It caelo clamor, medio jam noctis opacæ;
 Surgite Sponsus adest, pergite sponsus adest:
 Lux

Lux fidei micet in tenebris, sponsumq; decenter
Excipite, ad festas accelerare dapes.

Accelerate, patet dum janua, quando ea clausa
est,

Pulsantem hanc frustra æterna repulsa manet.

173.

Ex textu. Matth. 17.

Sol veluti medio, cum sudum est, axe coruscat,

Sic facies Christi in monte corusca micat.

Nostra etiam facies sic cœlo aliquando micabit,

Hinc ubi nos secum Christus ad astra vehet,

Libri III. Finis.



LIBER



LIBER IV.

De Festis diebus præcipuis.

1.

Festo S. Andreae.

CHRISTUS ut Andream, cum fratre Simone
vocavit,

Andreas voluit spontè Simonq; sequi.

Spontè sequi Christum, cum te vocat ille, me-
mento:

Utq; sequare alacer cætera linque lubens.

2.

Aliter.

Discipulos Christus vocat, ut sua retia relinquunt,
Et capiant hamo post pia corda suo.

3.

Adhuc.

Petrus & Andreas, proles Zebedæaq; fratrum

Par geminum Christi iussa vocantis amant.

Et mare per mundi piscantur pectora posthac,

Hamo Evangelii, ad regna beata poli,

f

Dic

4.

Die S. Nicolai Episcopi.

Des operam accepto multum ut lucrere talento,
 Ad Dominum redeat fœnus ut indè tuum.
 Sic tibi committet potiora & plura talenta;
 Est, si segnis eris, pœna parata gravis.

5.

Aliter.

Cùm reditus Domini propè sit, sua qui bona
 servis

Tradidit; ut sibi cum fœnore restituant.
 Quisquis es accepto multum lucrare talento,
 Ut frugi servus; quò tibi dicat herus:
 Serve bone, euge benè: Es paucis quia multa lu-
 cratus,
 Plura cape: & Domini gaudia adito tui.

6.

Ad Christum.

Quod mihi commisit tua gratia, Christe, talen-
 tum,

Hactenus heu, fateor, fœnora pauca dedit.
 Ergò juva, sine te siquidem est labor omnis ina-
 nis,

Hoc lucrer posthac mille talenta tibi.

7.

Die festo conceptionis Mariæ vir-
 ginis, Matth. 1.

Cogi-

Cogitat ut Mariam Josephus linquere sponsam,
Quod datum hæc, discit, sit paritura Dei.

8.

Die S. Thomæ Apostoli.

Quod tibi fera fides, modò vera sit illa, pro-
betur,

Exemplo Thomæ credere, Christe, doces.
Is siquidem primùm te surrexisse negavit:
Credidit, ut vidit te, tetigitq; manu.

9.

Adhuc.

Fidere quàm possit, vult Thomas ante videre.

Fidit vera fides, cum nihil illa videt.

10.

Adhuc.

Vera fides Christum sibi soli vendicat unum.

Ut Thomas Dominum hunc credidit esse
suum.

11.

Die S. Stephani.

Omina nomina habent, STEPHANUS speciosa

CORONA est,

Nomine non tantum, nomen id omen habet.

Nam Verbis, Vita, signis & Morte CORONA

Ante Deum Stephanus, ante hominesq; fuit.

12.

Die S. Johannis Evangelistæ.

f 2

Quis.

Quisquis oves Christi vis pascere, dilige Christum.

Et, te quas iussit pascere, dilige oves.
 Altera nam si deficiat dilectio, nunquam
 Pasces, ut Christus pascere iussit oves.

13.

Eodem die.

Ore suo Christum quia ter Petrus ante negarat,
 Ter Christus rogat an se quoq; Petrus amet.
 Namque negatio trina erat ut; confessio trina
 Debuit esse: Petri notus ut esset amor.

14.

Die Innobentium Puerorum.

Herodes furit in pueros, & tollere Christum
 Sperat, at hic hostis salvus ab ense, fugit.

16.

Adhuc.

Proximus est Christo qui, proximus esse flagellis

Cogitur: exemplo hoc Bethla cruenta probat.

17.

Calendis Januariis.

Annus abit vetus; Annus adest novus; omne recedat,

Christe, malum; Accedat cumq; novo omne bonum.

18.

Festo Circumcisionis. Jesus.

Quam

Quam sit dulce tuum, Jesu dulcissime, nomen;
Dulcedo in terris nulla docere potest.

Nam cum MELLE tuum si confero nomen;
Iesu,

Mel Myrrha est, si cum SACCHARO, & hoc
aloe est.

Si cum LACTE tuum vel NECTARE compa-
ro nomen,

Nomine præ dulci sunt Colochyntis ea.

Confero si MULSO, si MANNÆ hoc comparo
nomen,

Et Mannæ & mulso fellis amaror inest.

Ipsa igitur dulcedo tuum est, Jesu optime, no-
men:

Quin dulcedine & hoc dulcius esse patet.

Quod si dulce adeò est in mundo hoc nomen
amaro,

Quàm dulce in dulci id nomen erit Patria?

Nullus amaror ubi est, ubi tristia nulla, sed omnis
Lætitia est, simul & mel sine felle merum.

19.

Adhuc de dulcedine nominis

Jesu.

Quàm dulcis sit, Christe tui mihi nominis aura,

Spiret odos animæ quàm bonus inde meæ,

Indè liquet, quod nulla queant adversa ita pe-
ctus

Hoc premere, ut nomen non levet illa tuum.

f 3

Mors

Mors sit amara licet, nec res sit amarior illa;
 Reddere & hant dulcem pharmaca nulla
 queant.

Dulce tuum, Jesu, nomen tamen efficit, illa
 Possit ut esse mihi dulcior Ambrosia.

20.

Ex verb. S. Bernhardi.

Inspidus cibus est animæ, nisi nomine Jesu
 Ceu sale conditus, cordis ad ima fluat.

21.

Aliter. Ex verb. ejusdem.

Si scribas, sapit ista minus mihi scriptio, Jesum
 Nî scribas; sine quo scriptio nulla placet.

Quando legis, sapit ista minus mihi lectio, Je-
 sum

Nî sonet hæc, sine quo lectio nulla placet.

Si recites, nihil illa placet recitatio, Jesum

Nî recites, sine quo, quod recitas, nihil est.

Si cantes, nihil illa sapit mihi cantio, Jesum

Nî cantes, sine quo cantio nulla placet.

Si dicas, sapit ista minus mihi dictio, Jesum

Nî dicas, sine quo dictio nulla placet;

Sic præter Jesum nihil est, quod amabile cordi,

Aut auri, aut lingvæ sit penitisq; fibris.

22.

Jesus amor meus.

Jesus amor meus est. Aliis Venus atq; Cupido,

Aut Bacchus sit amor. Jesus amor meus est.

Jesus

Jesus amor meus est. Aliis sint fertulis agri
 Jugera plurima amor. Jesus amor meus est.
 Jesus amor meus est. Aliis in scenore nummi
 Sint amor, atq; aurum. Jesus amor meus est.
 Jesus amor meus est, aliis sint scepra, Coronæ
 Regnaq; ditia amor; Jesus amor meus est.
 Jesus amor meus est, aliis sit gratia amici
 Ampla potentis amor: Jesus amor meus est.
 Jesus amor meus est, aliis Adamas & Iaspis,
 Et Smaragdus sit amor, Jesus amor meus est.
 Jesus amor meus est, aliis præstantia formæ
 Sit juvenilis amor; Jesus amor meus est.
 Jesus amor meus est; aliis, hoc quicquid amatur
 In mundo, sit amor: Jesus amor meus est.
 Jesus amor meus est, in vita & mortis in hora &
 Quin & in æternum Jesus amor meus est.

23.

Ex verb. S. Bernhardi.

O Jesu, mihi sis Jesus, nam non potes esse
 Jesus, nî per te sim quoq; salvus ego.

24.

Ad Jesum.

Qui te, Jesu, habet, hic habet omne, licet nihil
 orbe
 Toto habeat: qui te non habet, huic nihil est.

25.

Aliter.

f 4

Qui

Qui solum te, Christe, tenet, tener omnia pau-
per:

Qui te non habet, is nil quoq; dives habet.

26.

Adhuc.

Te modò, Christe, habeam, nil curo polumque,
solumque,

Si me deficient cætera, tu satis es.

27.

Iterum ad Jesum.

Esq; manesq; meus, Jesu pie, sim maneamque,
Dum vivo & morior, cumq; resurgo, tuus.

28.

Die conversionis S. Pauli.

Vincere qui Christi parat & vincere fideles,
In mediis Saulus vincitur ipse minis.

Et lupus antè rapax, placido fit mitior agno:

Jamq; amat hos, voluit queis nocuisse prius.

Christe, vides quot adhuc Sauli de more Tyranni,

Heu, spirent præter bella necesq; nihil.

Una quibus mens est penitus pessumdare quot-
quot

Syncera, Jesu, te coluere fide.

Scilicet ut Meretrix Romæ-Babilonia svalit,

Ebria servorum sanguine facta Dei.

Hos converte, precor (facile id tibi namque) fu-
rentes,

Vel everte, minis (quod potes) in mediis.

Eodem

29.

Eodem die.

Fit Paulus, qui Saulus erat. Mutatio quanta est,
Tanta; ovis ac si sit, qui fuit ante lupus.

Fit Paulus, qui Saulus erat. Mutatio tanta est,
Lutheri ac si nunc dogma amet ipse Papa.

30.

Adhuc.

In Christi famulos furit hoc quoque tempore
Saulus.

Ex Saulo Paulum sed dare, Christe, potes.

31.

Die Purificationis Mariæ.

Purus eras, puro conceptus Flamine, Jesu,

Purus eras, purâ virgine natus homo.

Cur igitur legi te subdis purificandum,

Impurus quasi sis, cum genitrice tua?

Nempe mei impuri facis hoc, purissime, causa.

Sic omni ut reddar crimine purus ego.

Cum Simeone igitur te impurus cordis in ulnas

Sumo, ut ita integritas me tua purificet.

32.

Aliter.

Te legi, Jesu, submittis purificandum:

Hac legi, facias ut ratione satis.

Et nos sic omni reddas à crimine puros,

Quos foedo adpersit crimine lapsus Adæ.

f 5

Pro

Pro tanto grates, purissime, munere summas,
Da puro solvat pectore quisq; tibi.

33.

Die S. Matthiæ.

Ad te, Christe, vocas peccati pondere pressos,
Quosq; urget, moles ceu gravis, ira Dei.
En ego utroq; gemo sub pondere, & opprimor,
cheu!

Vix ad te ut valeam, Christe, movere gradum.
Lapsanti dextram tu porrige, & erige pressum,
Semianimumq; gravi pondere, quaeso, leva.

34.

Adhuc.

Christe, tibi placuit mysteria pandere parvis,
Qui tibi habent pura simplicitate fidem.
Abdita sed magnis finis & sapientibus esse,
Scrutari hæc coeca qui ratione volunt.
O ego sim parvos inter da, Christe, rudesq; :
Qui tua verba fide, non ratione, probant.

35.

Die Festo Annunciationis

Mariæ.

Qui Deus est, homo fit, fit virgo puerpera ma-
ter;

Absq; viro; & virgo, ceu fuit antè, manet.

36.

Aliter.

Fit Ver-

Fit Verbum Caro, fit virgo maris inscia mater,
Virgo manens, mirum quid magis esse queat?

37.

Adhuc.

Quod mirum est, quo non mirum magis extat in
orbe,

Fit Virgo mater, casta q; virgo manet.

38.

Adhuc.

Qui genitus sine matre fuit, sine Patre fit infans,
Deq; creatura membra creator habet.

Verus homo, verusq; Deus: Deus ante creatura
Tempora, fit simul in tempore verus homo.

Qui Deus est, & homo licet, haut duo sunt ta-
men, unus

Christus is est: Anima & corpus ut unus Ho-
mo est.

Si ratione minus capis hæc mysteria cœca,
Mirere, & pura fac venerere fide.

39.

Ænigma.

Sum, quod eram, nec eram, quod sum,
nunc dicor utrumq;.

Resp. Quod Christus fuit, hoc mansit, quod non
fuit, illud

Adsumsit, quando factus homo, ante Deus.

f 6

Die

40.

Die S. Philippi & Jacobi.

Scandere vis cœlum? per Christum scandito cœ-
lum;

Præter eum quo non invenienda via est.

41.

Adhuc.

Quid tum, si hospitium misero mihi terra ne-
gavit?

Est mihi per Christum patris aperta domus.
Hac non excludet me vis rabiesve Tyranni:
Si vel rumpatur præ feritate sua.

42.

Adhuc.

Quot passim patriis abiguntur sedibus, eheu,
Pellunturq; sua quot domo in exilium?
Nempe Antichristi ut rabies, furor Archityranni
Hæreticumq; dolus, dæmone agente, jubent.
Unde tot, heu! planctus, lachrymæ & suspiria
replent

Et terram & cœlos innumero numero.
Sed benè habet! quamvis terrena sede Tyrannus
Confessos Christum pellere possit atrox.
Nequaquam tamen hos è sede fugare valebit,
Quam sui eis pandit Christus in arce patris.

Die

43.

Die Nativitatis S. Johannis
Baptistæ.

Est sterilis mater, Pater est effœtus, & annis
Obstitus; in lucem est unde Propheta datus,
Præsentem digito qui prodidit indice Christum,
Viva & ad hunc populo voce paravit iter.

44.

De nomine S. Johannis.

Fœderis est tuba prima novi cur dicta Johannes,
Nuncius ut monuit cœlicus ipse patrem?
Primum Evangelii præconem nempe decebat
Nomen id! officii pro ratione sui.

45.

Eodem die.

Zachariæ quando vox muto est reddita, cœpit
Pro bonitate Deum magnificare sua.
Da, Deus, ut quoties quoque labra ego solvo lo-
quendo:

Vox mea præcipuè te celebrare queat.
Nam qui spurca suo blasphemaque promit ab
ore,

Et te non celebrat, mutus erat meliùs.

46.

Die S. S. Petri & Pauli Apo-
stolorum.

Stru-

Structa super validam Christi est Ecclesia Pe-
tram,

Ipse sed est Christus, non Petrus, ista Petra,

47.

Eodem die.

Quod Papa non Petra, quam super est Ecclesia
structa,

Et verbo & facto plus satis ipse probat.

Nam Christi verbum labefactat, vi quoque cœ-
tum,

Quàm pote, conatur perdere Christi adum.

Tu Jesu, vera es Petra: Tu defende furores

Infesti contra nos rabiemq; Papæ.

Sic fundata super Te salva Ecclesia, turbas

Inter tot, nullo est interitura die.

48.

Die Visitationis Mariæ.

Cognatam mater Domini festinat Elisam,

Visere, certa magè ut sit fidei inde suæ.

Quam simul ac hilari prægnantem voce salutat,

Materno saliens viscere Janus ovat.

49.

Eodem die.

Angelus ad Mariam quæ nuncia pertulit, audeat

Ipsa in Zachariæ lata referre domo.

Spiritus hæc, implens gravidam confirmat Eli-
sam:

Quæ probat & Janus, dum salit, esse rata.

Nos

Nos quoque cum facimus de Christo verba, re-
plemur

Flamine, colloquiis gaudet ita ille piis.

50.

Adhuc.

Pregnantem pragnans maris inscia visit Elisam
Virgo, Redemptor adest: Embryo ventre salit.

51.

Die Mariæ Magdalenæ.

Magdalis antè suis juvenes quæ cœpit ocellis,

Et furere illicito fecit amore procos:

His quoque, sed lachrymans, ea Christum cœpit
ocellis,

Et daret ut veniam flexit amore pio.

52.

Eodem die.

Quod lachrymæ ante Deum, gemitusque lo-
quantur, Iesu

Magdalis ante pedes flensq; gemensq; docet.

Hujus enim lachrymas legimus, non verba pre-
cantis,

Exaudit Christus non tamen hancce minùs,

Et scelerum veniam largitur. Tu quoq; fletu,

Et gemitu Christi volvitor ante pedes:

Audiet hic, veniamq; dabit, modò corde fideli

Contritoq; gemas, & tua supra fleas.

53.

Adhuc.

Quid

Quid valeat, quid possit amor, si discere quaris,
 Sive sit hic licitus, sive sit illicitus?
 Magdalis exemplo est, alios hæc perdidit; ipsam
 Se quoque, ut illicito fervida amore fuit.
 Sed tandem illiciti cum pertæsa esset amoris,
 Jamq; foret Christi fervida amore pio.
 Majores casti vires ea sensit amoris
 Quo servata fuit, perdita quæ ante fuit.

54.

Adhuc.

Ex oculis falsus lachrymarum depluit imber,
 Magdalis his Christi cum lavat ægra pedes.
 Sed sursum à pedibus lachrymarum scandit hic
 humor
 Ad Christi pectus, quod rigat atque movet.
 Quin & ad os scandunt lachrymæ hæ, quia cri-
 mina Christus
 Has propter lachrymas esse remissa docet.

55.

Die S. Jacobi.

Pro natis Salome Christum rogat anxia mater,
 Matrem pro natis quamq; rogare decet.
 At ne cum Salome terrenos mater honores,
 Sed Christi in regno ut sint, maneatque,
 roget.
 Impetret ista modo natis, nil curet, an imus,
 An primus locus his detur in arce poli.

Eodem

56.

Eodem die.

In regno Christi mundi quid quaris honores?
 Cum non de mundo hoc Christus id esse
 probet.

57.

Aliter.

Non Christus regnum terreno more gubernat:
 Ut petere à rege hoc quis loca prima velit.
 Nil refert, sit in hoc regno quis primus an imus,
 Imus ibi & primus sunt quia honore pares.

58.

Adhuc.

Quem Christus calicem bibit, hunc bibat ille
 necesse est,

Qui regnum Christi participare cupit,
 Nomine crux calicis venit, hanc tolerare decebit
 Antè, queas regno quàm Patria q; frui.

59.

Die vinculorum S. Petri.

Vincula pro Christo fert Petrus, vincula solvit
 Angelus; & Petrus è carcere liber abit.

60.

Adhuc.

Herodes Petrum constringit carcere; Sancti
 Ad summum fundunt vota, precesq; Deum.
 Angelus è cælo Petri mox vincula solvit:
 Esse Herode magis fortia vota vide.

Adhuc.

61.

Adhuc.

Angelus educit captivum è carcere Petrum,
Non contra verum vis valet ulla Deum.

62.

Die S. Laurentii.

Pro Christo intrepidus perfert Laurentius ignes,
In medio illudens hostica cœpta foco.

63.

Adhuc. Johan. 12.

Is perdit vitam, qui vult retinere, vicissim
Pro Christo quisquis perdit eam, retinet.

64.

Die S. Bartholomæi.

Tentantur stulta Christi ambitione ministri;
Dum satagit reliquis quilibet esse prior.
Christus at hos jubet esse humiles, mundanaque
mundo

Linquere sceptrâ, crucem seq; ferendo sequi.

65.

Adhuc.

Regna poli velut ipse adiit per mortis amara
Christus, ita hæc famulis sunt adeunda suis.

66.

Eodem die.

In Christi minimus regno fit maximus; at qui
Maximus esse cupit, efficitur minimus.

Adhuc.

67.

Adhuc.

Serviat is minimo, reliquis qui major habetur;
Fiat posterior, qui cupit esse prior.

68.

Die decollationis S. Johannis
Baptistæ.

Pellicis incestæ ad placitum Baptista necatur,
Inunc, & verum dicito Principibus.

Dicere Principibus verum tamen usque neces-
se est,

Mors cum Baptista sit precium usq; licet.

69.

Adhuc.

Est jusjurandum veri testatio, sed si
Sit tegimen sceleris, crimen id esse puta.

70.

Adhuc.

Persvadet Meretrix, ducitq; puella choreas,

Rex jurat; cæsus præco fidelis obit.

Hæc mundi fors est: Meretrix fert pessima
primas,

Præconem raro sustinet aula Dei.

71.

Adhuc.

Non

Non saltare nefas duco, sed perdere quemquam
Saltando, hoc equidem censeo grande nefas.

72.

Die Nativitatis Mariæ.

Jeséo Christus descendit stemmate, quod si
Quis dubitat, seriem perlegat ille Patrum.

73.

Adhuc.

Non sine sunt navis, quorum est de stemmate
Jesus:
Absq; suum navis quis putet ergò genus?

74.

Die S. Matthæi.

In peccatores sit gratia quanta Jehovæ,
Matthæi exemplo discere quisq; potest.
Nam Christus vocat hunc captantem lucra, fa-
citque
Discipulum; culpes hoc, Pharisæe, licet.

75.

Eodem die.

Vectigal prius injustum Matthæus amabat,
Vectigal Jesum nunc super omnia amat.
Tu quoque qui prius es mala lucra secutus, Ie-
sum
Fac resipiscendo summa lucra esse putes.
Adhuc.

76.

Adhuc.

Christe, velut Scribis sordes, & amaris ab illis
 Qui sua contrito crimina corde dolent:
 Sic sordet medicus sanis, & amatur ab ægris;
 Jesu, ades, æger ego te medico indigeo.

77.

Ex verb. S. Augustini.

Quantum est in Christo, venit sanare dolentes,
 Et medicam ægrotis ferre salutis opem.
 Interimit senier, spernit qui jussa medentis,
 Quàm multi, heu! culpa sic periére sua?

78.

Die S. Michaelis.

Gratia summa DEI est, summa est dignatio no-
 stri,

Quod datus est custos cuilibet Angelicus.
 Nos circum excubias ut agat, noctesq; diesque,
 Et contra stygii muniat arma lupi.
 Munere pro tanto fas est nos dicere grates,
 Non intermisso carmine ubique Deo.
 Et petere hunc, ut nos porrò his servare mini-
 stris

Mille hostes contra nocte dieq; velit.
 Ad cœli donec tandem nos transferat arces,
 Et latos choreis inserat ætheriis.

Eodem

79.

Eodem die.

Scandala ne pueris ponas, quoniam Angelus ho-
rum,

In cœlo faciem spectat ubiq; Dei.

80.

Adhuc.

Scandala nec ponas ulli, nec scandala sumas,
Nam nocet, & pœnas sub Styge utrumq; luit.

81.

Adhuc.

Angelus ut Satanæ Paulum colaphizat, & omnes
Salvifica Christum qui coluere fide.

Angelus hos Christi sic servat & adjuvat omnes,
Salvifica Christum qui coluere fide.

82.

Die S.S. Simonis & Judæ.

Quos amat ipse DEUS, mundus perversus hic
odit;

Quos odit Deus, hos mundus iniquus amat.

Ne mirere: Suum quia quisque amat, atque
vicissim.

Odit id omne, suum quod minus esse videt.

83.

Adhuc.

Mundi

Mundi odium in Christi famulis accendat amo-
rem;

Hoc magis atq; magis sese ut amare velint.

84.

Die omnium Sanctorum.

Indicat hic Christus, quos iudicet esse beatos;

Quamlibet hos mundus negligat, atque pre-
mat.

85.

Eodem die.

Paupertas ex se nullum facit esse beatum:

Scit nisi quæ veri quod sit egena boni:

Et simul inde dolet, commissaq; crimina luget;

Torqueturq; fame iustitiæ, atq; siti.

Pauperies hæc ditat, & hæc saturatur egestas,

Repleturq; bonis, hic & in arce poli.

Quin & mansueti qui sunt, & qui misereantur,

Cordeq; sunt puro, & qui bona pacis amant.

Ac pro iustitia patiuntur probra; beatos

Censere, ac sanctis annumerare decet.

86.

Adhuc.

Sanctorum in numerum qui se cupit esse rela-
tum:

Sanctorum is studeat facta fidemq; sequi.

87.

Festo Dedicationis templi.

Cerne-

Cernere Zachæus Christum cupit, hunc videt,
arque

Hospite ab hoc veniam criminis omnis habet.
Sed simul & quadruplo, quæ rapta fuere refun-
dit;

Velleq; dimidium se dare spondet opum
Pauperibus. Tu si Zachæum imitaris, Iesum
Et cupis hospitio cordis habere tui.
Hunc oculis fidei specta, respisce; doloq;
Rapta prius, quadruplo redde, inopemque
juva.

38.

De Christi Nativitate, Passione, Mor-
te, Resurrectione, &c.

CHRISTE, MIHI tenera de virgine nasceris
infans,

Christe, MIHI vivis, Christe, MIHI pateris,
Christe, MIHI moreris, MIHI, Christe, à mor-
te resurgis,

Christe, mihi cœlum scandis, adisq; Patrem.
Da natus TIBI sim, vivam TIBI, Christe, TI-
BIq;

Quando jubes patiar, quando jubes moriar.
Da de morte TIBI surgam quoque, Christe,
TIBIq;

Astra petam, & jungar cœlica in arce TIBI.

Me to,

Me totum ut tibi dem, totus **TIBI** serviam
ubiq;

Inq; solo, inq; polo. Quid precer ulterius?

89.

Festo Epiphan: Domini. De
donis Magorum.

Dant Aurum tibi, Christe, Magi, cum Thu-
req; Myrrham:

Pro tribus hic unum **COR** tibi dono meum.
Contritum Cor nempè, Fides, quod sanguine
firmat

Nixa tuo, & vitæ jam melioris Amor.

Hoc tibi præ Myrrha, præ Thure, Auroq; pla-
cebit

Munus. Et ut placeat muneris omne tui est.

90.

Ex verbis Psalmi 37.

Vidi ego florentem laurus de more superbum;

Et latè frondes explicuisse suas:

Mox ubi præterij, vidi cecidisse superbum,

Quæfivi, & nusquam, qui stetit ante, fuit.

Tyrannus, ex psal. 162.

8

Esse-

Effera quid terret te vis rabiesve Tyranni?
 Ceu foenum in tecto, quod cito marcet, erit.

92.

In verbo Dei tantum est locus
 quietis.

Vera quies ubi? ubi est rebus solamen in arctis?
 Nullibi, nisi in verbo quaeris utrumque Dei.

93.

Homo pulvis. Gen. 3.

Sum pulvis, terræ factus de pulvere, calco
Pulverem, & intumuli mox scrobe pulvis
ero.
Sed venit illa dies, ego qua de pulvere surgam,
 Et, qui pulvis eram, Syderis instar ero.

94.

Nemo nostrum sibi vivit.

Rom. 14.

Mortuus est homo, qui sibi non tibi vivit Iesu
Ergo tibi vivam da, moriarque tibi.

95. Ali-

95.

Aliter.

Vive Deo, atq; tibi. Sed sic tibi vive, Deoq; :

Ut tua sit soli vita probata DEO.

Nam tibi si vivas, nec vita probata Jehovæ

Sit tua; sed mundo: es mortuus ante Deum.

96.

Ad Christum.

Ex verb. S. Bernhard.

In gremium rogo, Christe, tui me admittito
amoris:

Arctior haud: uno me veniente, is erit.

97.

Mundus.

Mundus hic est viscum, citò se tenet ille tenen-
tes,

Sic ergò hunc teneas, ne teneare, vide.

98.

Spes. Rom. 5.

Spes non confundit, verbo fundata Jehovæ:

Spes hominum in ventos nixa favore fugit.

99.

Aliter.

8 2

Quid

Quid turbare meas possit spes? Auspice Christo
Optima qui spero, pessima non metuo.

100.

Ex verbis S. Ambrosij.
Non ritemur sed miremur.

Mireris, sed non rimeris verba Jehovæ:
Vi verbi qui vis salvificante frui.

101.

Aliter.

Verba Dei non rimeris, mireris oportet,
Qui verbi fructu participaue cupis.

102.

Ex psal. 90.

Si labor & dolor est vita hæc? quid vivere, quæ
so,
Longum est velle, nisi velle dolere diu?

103.

Aliter.

Si labor & dolor est hæc vita? futura vicissim
Nil nisi læticia est, nil nisi blanda quies.

104.

Ex verbis S. Bernhardi.

DTCO

Sug

Suggestere est Satanæ, tu consentire caveto,
Sic erit illius visq; dolusq; nihil.

105.

Ex verbis S. Chrysofomi.

Ad F A M A M nolito tuam dare munus egeno,
Sed magis ad miseri da tua dona F A M E M.

106.

Aliter.

Cum quid das inopi, tibi noli quærere Famam,
Sed potius miseri hoc quære levare famem.

107.

Amor Dei omnibus ante-
ferendus.

Quisquis amare Deum cupis, Orbis age abiice
amorem:

ORBIS amans siquidem est ORBUS amore
DEI.

108.

Ex verb. S. Chrysofomi.

Nil opulentius est homine isto, pauceriem qui
Diligit, atq; alacri suscipit hanc animo.

g 3

109.

109.

Ex verb. S. Augustin.

145. serm. de temp.

Non debet quisquam de Christo credere quid-
quam,

In verbo si non credere id ipse jubet.

110.

Ex verbis ejusd.

Quisquis adire cupis Christum; per millia mul-
ta,

Non opus est longas ut meditère vias.
Hunc ubi credis adis. Quin, cum sit ubiq;, ve-
nitur

Non currendo ad eum. Pergis amando ad
eum.

111.

Ex verbis ejusdem.

Infirmatur homo, moriturq;, queruntur amici;

Et gemitu extincti tristia fata gemunt.

Per peccatum animæ moriuntur, nemoq; plo-
rat,

Compatiturve: hominum est quantus in or-
be stupor?

112.

Ex verbis ejusdem.

Si

Si quis quē bibat ut plus quam natura requirit,
Cogit, & hunc Cyathis obruit immodicis:
Non peccat minus, hunc quam qui mucrone
trucidat:

Ebrietas animam noxia nempè necat.

113.

Ex verb. S. Augustin.

Non nocuit pueris tribus in Babylone Caminus,
Jussit eos ubi rex igne perire focus.
Sic nec & incendunt Sanctos incendia mundi,
Cætera consumet cuncta ubi flamma vorax,

114.

Ex verb. S. Bernhardi.

Sursum hominis Caput est, ut tollat ad æthera
vultus;
Cur igitur sursum non quoq; Cor homo ha-
bet?

116.

Ex verb. S. Gregorij.

Ut suspecta tibi semper sit qualibet hora;
Hora idè minus est cognita summa tibi.

117.

Ex verb. S. Hieron.

Si legis assiduè & meditaris verba Jehovæ:
Cor Christi efficitur Bibliotheca tuum.

8 4

118. Ex

118.

Ex verbis Apost. S. Pauli Ephes.
3. & S. Augusti-
ni.

Non audire sat est, in templo verba Jehovæ,
Sunt relegenda domi, sunt meditanda domi.
In nobis opulenter ut hæc habitent, nec sint va-
gus hospes,
Qui raro atq; brevi tempore adesse solet.

119.

Ex verbis S. Basil.
Magni.

Deferit aurum hominem, cum possessore mi-
grare
Nec vult. Auri igitur cur tibi tanta fames?

120.

Ex verb. S. Augustin.

Mortua mors Christi morte est: quia mortua
vita
Occidit mortem. Hanc quis timet ergò pius?

121.

Ex verb. S. Bernhardi.

Cum

Cum peccata premunt me : ad Christi vulnera
curro ,

Queis pro peccatis lytra soluta meis.

122.

Ex verb. S. Cypriani.

Non est Christiani dicendus nomine, Christo
Qui non vult similis moribus esse piis.

123.

Ex verb. S. Bernhard.

Dum vivis , vivas illi , qui , vivere posses
Ut semper , subijt mortis amara semel.

124.

Ex verb. S. Cyprian.

Contriti non cordis habent holocausta repul-
sam ;

Cum summo his non sit res magè grata DEO.

125.

Ex verbis S. Bernhardi.

Dura pati, rectè facere, & sic pergere ad horam
Funeris ; hanc vitam judico ego esse bonam. j

126.

Ex verb. S. Hieron.

B 5

Non

Non intellectum sanatur tardius ulcus;
Ergo tua ut fanes ulcera, nosse decet.

127.

Ex verb. S. Chrysofomi.

In Patria, propriaq; domo, qui se peregrinum
Novit, is atheriam cogitat in Patriam.

128.

Ex verbis ejusdem.

Natorum luxus plarumq;, superbia matrum,
Peccatum est; Patrum crimen avaritia.

129.

Ex verbis Origenis.

Ebrietas Lothum decepit. Blanda voluptas
Antehac quem Sodomæ decipere haut po-
tuit.

Sulphuris & quem non potuerunt perdere flam-
mæ:

Illicitæ hunc pessum flamma dedit Veneris.

130.

Ex verb. S. Bernhard.

Pax

Pax fit ab Hæreticis licet, & fit ab hostibus, illa
Non tamen à falsis fratribus esse solet.

131.

Ex verbis ejusdem.

Sint peccata hominum licet ingens pondus, are-
nas

Pondere quæ vincant, æquiparentve maris:
Sanguinis hincè tamen præponderat unica longè
Vulneribus, Jesu, guttula fusa tuis.

132.

Ex verb. S. Chrysofomi.

Organa bina dedit Deus omnia cætera nobis,
Nempè oculos, aures, cum manibusq; pedes.
Alterum ita alterius fungi vice possit ut olim,
Cum læsum officio id par nequit esse suo.
Ast animam dedit unam homini, quæ perdita
si sit

Peccato, posthac quomodò vivet homo?

133.

Ex verb. S. Augustin.

Una licet nobis redimendis gutta fuisset
Sanguinis, è Christi vulnere fusa satis.

18 6

Non

Non tamen hic guttam voluit, sed fundere flu-
men

Sanguinis: hinc suus ut notior esset amor.

134.

Ex verb. Christi. Joh. 13.

Discipulus Christi quisquis cupit esse fidelis,

Is fratres, Christus nos ut amavit, amet.

135.

Ex verb. S. Gregorij.

Crimina qui sua plangit homo, neq; deserit illa,
Majoris pœnæ se facit esse reum.

136.

Ex verb. S. Bernhardi.

Quandò canis, voci cõcordet mens tua. Namq;
Gratia, nì facis hoc, nulla laboris erit.

137.

Ex verb. S. Augustin.

Non ullum est crimen, quod homo peccando
patravit:

Quod patrare alius non quoq; possit homo.

138.

Ex verb. S. Chrysofomi.

Biblia

Biblia sunt animæ quia pharmaca, comparet
illa.

Quisq; sibi, & summo perlegat hæc studio.
Nam verbum nescire Dei, neq; discere velle,
Omnis in orbe, patet quod sit origo, mali.

139.

Ex verbis ejusdem.

Quando parum morbi sentit quis corporis ægrū
Mox medici quærit dexterioris opem.

Cura animæ chr non eadem est, ea quando la-
borat,

Cur simili studio non quoq; quæris opem?

140.

Ex verb. S. Augustin.

Omnis copiæ quæ non est Deus, est mihi egestas.
Dives in hoc uno est; hoc finè pauper homo.

141.

Ex verb. S. Augustin.

Dum calet, estq; recens citiùs medicaminè
vulnus

Curatur, quàm si putret id, estq; verus.

Peccatum vulnus lethale est; dum calet illud,

Estq; recens; citiùs quære medentis opem.

§ 7

Si

Sic flere, sequitur curam patredo, negatam;
 Frustra & adis medicum, cum Cacoethes alis.

142.

Ex verbis S. Chrysoctomi.

Ebrietas omnis vitij & Lascivia mater,
 Sunt stygio imprimis crimina amica lupo.

143.

Ex verb. S. Cyprian.

Non homines debent Christo præponere quid-
 quam:

Namq; homini Christus nil quoq; præposuit.

144.

Ex verb. S. Augustin.

Exterius si sis sanus, quid proderit; intus
 Si miseræ infecta est tæbe medulla animæ?

145.

Ex verb. Joh. Mathesij.

Officium Uxoris parere & parere marito est,
 Subsidia est vitæ cura parare viri.

146. Ex

146.

Ex verbis S. Bernhardi.

Ad te, Christe, volunt omnes optantq; venire:
At pauci cupiunt te, pie Christe, sequi.

147.

Ex verb. ejusdem.

Tunc sua devotus nil curat vulnera miles,
Principis ipsa sui vulnera quando videt.
Ergo homo, qui pateris pro Christo vulnera,
cures
Illa nihil: Christus vulnera plura tulit.

148.

Ex verb. S. Augustini.

Gaudia post mundi lamenta aeterna sequuntur,
Gaudet in hac nemo vitâ, aliâq; simul.

149.

Ex verb. ejusdem.

Triste quod hîc pateris, transit, sed quae bona
caelo
Accipit, hac finem non habitura manent.

150.

Ex verb. ejusd.

Plus

160.

Plus curæ cordis tibi sit quam corporis esca :
Corporis esca perit cordis at esca manet.

151.

Ex verbis ejusd.

Cum finè te Deus ex nihilo te fecerit , ecquid
Nec possit justum reddere te , sine te ?

152.

Ex verb. S. Bernhard.

Fide Deo , non fide tibi , sibi fidere namq;
Perfidiaè haut fidei est ; fide proinde DEO.

F I N I S .





LIPSIÆ,

Sumtibus Heredum HENNIN-
GI GROSII Jun.



Exscribat Johannes- Albertus
Minzelius.

Anno 1627.

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header, which is mostly illegible due to fading and bleed-through.

L. I. P. S. I. E.

Handwritten text below the title, likely a subtitle or author information, also mostly illegible.



Ex libris Johannis Albertus
Münster

Anno 1627








✓
J. 12

ULB Halle
006 555 977

3



VDA



GRAM-
UM PIO-
RUM

Sive

TATIUNCU-
EX EVANGE-

NIVERSARIIS,
Patrum dictis,

BRI IV.

Authore

ALMO ALAR-
L. PASTORE
EMPENSI.

PSIÆ,

um Henningi Grosii Jun.
hannes-Albertus Minzelius.

M. DC. XXVI,